P. o. lat.
1419

P. o. lat. 1419

LUSUS
INGENII
ET
VERBORUM
IN
ANIMI REMISSIONEM
CURAVIT
DAV. CHR. SEYBOLD,
PROF. BUXOVILL.

ARGENTORATI
Apud AMAND KOENIG, Bibliopol.
1792.

Wb 1 5[illegible]
Landesbibliothek
Oldenburg

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRAEFATIO.

Varia esse hominum gentium-
que hujus saeculi judicia de eo,
quod acumen habere dicitur, ne-
mo non nescit. Adhinnit iis co-
lonus, quae viro moribus culto
risum vel minimum vix movent.
Sed et alia ridet Britannus, alia
Gallus, multaque incolenti Ger-
maniam meridiem versus sitam

ingeniosa possunt videri, quae talia non videntur maris germanici accolae. In aliis placuit sibi olim Graecus, in aliis Romanus, et uterque frontem ad id explicuit, quod rugas non exporrigit nostras.

Pertinet hoc, quod dixi, in primis ad illud dictorum ingeniosorum et aculeatorum genus, quod *ad nomen aliquod* vel *syllabas alludit* *). Non respuerunt hoc acuminis genus Graeci et Romani, ut vel ex illo Ciceronis: *Verres est verres*, centumque aliis notum

*) Galli vocant *Calembourgs*.

est: sed nostra aetate vix, nisi plebeculae, placet.

Vixit ante hos quinquaginta circiter annos in patria mea *Pregitzerus* quidam, alias non plane ignotus, qui in his allusionibus ad nomina mirifice sibi placuit, iisque hinc nomen suum heredi-

tario quasi jure reliquit. Fuerunt quoque olim in omni Germania non facile poëtae, nuptiis vel sepulturae justo pretio accinentes, qui nomen ejus, in cujus honorem tibias inflarent suas, non mirifice usque eo torserint, donec ingeniosam, si Diis placet, allu-

sionem sunt enisi: quibus omnibus nunc meliora docti ogganniunt, et sanioris judicii lectores vel auditores.

Sed quorsum haec? — Ut videat lector, etiam id, quod ingeniose et acute dictum putetur, et habere aetates suas, et in diversis populis esse diversum, adeoque et in his, ut in aliis rebus, de gustibus, ut ajunt, non disputandum.

Non omnia forte, quae in libello hoc recepta sunt, carmina placebunt omnibus, sed placebunt plurima, eorumque, qui legent, ani-

mos a studiis saepe remittent, risumque nonnunquam elicient placidum vel severioribus.

At sunt etiam haud pauca, quae juveni tum ad *judicandi vim acuendam*, tum ad *interpretationis* artem regendam, proponi possunt.

Habet itaque et vir et juvenis in collectione hac, quae utrumque aut juvent aut doceant.

Facta est illa maxime ex *Erichii epigrammatum variorum et selectorum centuriis* 1); ex *Hoff-*

1) Totum opus constat ex L. centuriis, quarum priores XXV. prodiere Lipsiae, 1698; posteriores, Brunswigae, 1700. 8vo.

MANNI poëtico cum musis colludio; sive lusuum epigrammaticorum centuriis VI 2); ex *BOECKENII epigrammatum miscellaneor. decadibus VII* 3); ex *SWEERTII selectis christiani orbis deliciis ex urbibus, templis, bibliothecis et aliunde* 4); ex ejusdem *epitaphiis joco-seriis* 5); ex *DORNAVII amphitheatro sapien-*

2) Amstelod. 1663. 12mo.

3) Salisburgi, 1705. 12mo.

4) Coloniae, 1625. 8vo. Est haec editio 2da auctior; prior prodiit ibidem 1608. 8vo. Raritatem hujus libri testantur Catal. bibl. sel. Gedan. 1748. pag. 87. n°. 265. Bibl. Salth. p. 360.

5) Ibidem, 1623. 8vo. Osmont, Dict. typogr. T. II. p. 238.

tiae socraticaé joco-seriae 6); ex *A. B. C, cum notis Variorum* 7); ex *Aenigmatographia, sive sylloge aenigmatum et griphorum convivalium, ex variis et diversis autoribus collectorum, ex recens.* REUSNERI 8), aliisque his talibus libellis, quorum nonnulli non ubivis sunt obvii.

6) Hanoviae, 1619. 2 Tom. fol. Osmont, I. p. 251. Bibliogr. instruct. de Debure, n°. 3975.

7) Lips. et Dresdae, 1703. 2 Tom. 8vo.

8) Francofurti, 1599. 12mo. Est haec editio 2da hujus libelli, eaque plenissima; prima prodiit 1589, ultima 1602. Inter rariores refertur in Catal. Bibl. Christ. II. p. 330. n°. 7884.

Sectio prima continet maxime carmina, quae allusionem verborum inter se habent, quam rhetoricorum παιδες vocant παρονομασιαν. — *secunda* versus, quibus voces insunt, quarum vocales varie mutantur, interque se alludunt; declinatos versus; gryphos; versus cancrinos, quos a fronte retroque legas, etc. — *tertia* denique ea, quorum verba iisdem semper litteris incipiunt, carmina. Optavimus quidem, sectionem hanc omnibus alphabeti, quod vocant, litteris explere; sed plura dare non potuimus, quam quae ad no-

titiam pervenere nostram. Forsan lectoribus innotescent, quibus lacunas olim suppleamus.

Vir Musarum amans, qui in sui ipsius animi remissionem talia collegerat, quum mihi, quae ad manum forte erant, sponte mitteret, ejeci monitus ab ipso, et saepe audacior factus, alios *Lusuum*, qui sale omnino carere viderentur, aut propter acumen in verbo v. c. germanico latens Gallis vel Italis obscuri essent; addidi alios, alios uno nonnunquam verbo vel juvi, vel correxi. In

legendo autem subnatae sunt mihi notulae quaedam, quae hinc inde ad intelligendum, juvenibus praecipue, mihi videbantur necessariae.

Utere itaque hoc syntagmate, lector amice! tanquam condimento laborum seriorum!

Quae bona sunt, lauda: rejice pauca! - Vale!

Scribebam *Buxovillae*,
d. 23 Nov. 1791.

SEYBOLD.

PROEMIUM.

Iste liber modicus *veneres* complectitur
omnes *),
Sit licet a *veneris* pagina pura jocis.
Lector amice! rogo, tenuem ne sperne
libellum,
Saepe vel in modica res nuce magna latet.

*) Scilicet, quae quidem vel collectori innotuerunt, vel quas dignas judicavit, quae recipiantur.

SECTIO PRIMA.

1.

Aurea dum captas, et gemmea munera,
judex,
Accipis; ah! certe magnus es *accipiter*!

2.

Ferreus est *adamas*, et ferro durior ipso :
Fine sed *as* desit, primus *Adamus* homo.
Mas homo primus *Adam*, capiti si cauda supersit :
Heli, si me *adamas*, *as* fit amoris amor.

3.

Nullus in hoc mundo, quando caret *aëre*, *spirat* :
Nullus et *aere* carens divite *sperat* homo.

4.

Non *regis aes aeris*, *rex* nec *es*, et nec *eris*.

5.

Aes tibi, fac, quaeras, si vis academicus esse,
Nil etenim, tibi si nil *erit aeris*, *eris*.

6.

Aesculus aetherias se vertice tollit ad auras:
Aes caput est: tetro denique fine *culus*.

7.

Aes opus Aesopo fuerat: credo, quia Xantho
Serviit, et juris non fuit ipse sui.

8.

In alaudam.

Nomen *alauda a laude* tenet *laudabile*, namque
Laude suae vocis *laudat alauda* Deum.

9.

Aliud.

Chara avis es cantu, simul atque sapore süavis:
Dignum *a laude* tuum nomen *alauda* geris.

10.

Aliud.

Nobile vocales *a laude* videntur *alaudae*
Nomen habere, Deum carmine namque canunt.

11.

Dum cubat in lecto, tibi ridet amabilis uxor:
Alecto, *a lecto* cum redit, esse solet.

12.

Mater, *ama*! *bilis* quanquam moveatur amanti
Quandoque ob sobolem: mater *amabilis* es

13.

Dulce quidem fit *amari*: at inest quid semper *amari*:
Sic tuus, *ah Maria*! est dulcis *amarus amor*.

14.

Anna retrò citròque venit, placet *Anna*, quid inde?
Rursus *ama*, citrò nempe retròque redit.

15.

Dic quid non vivens vivum fit vertice demto?

Id *lapis* est: demto vertice nam fit *apis*.
Inque brevem si mutetur, quae syllaba longa est
Navis et ablato vertice fiet *avis*.
Sic *paries*, *aries* fit, *sanguis* et *anguis*: at *hamus*
Mus, *magnus*que *agnus*, *jaspis* et *aspis* erit.
Et *rabies abies* sine vertice, *simula mula* est,
Fit *loculus*que *oculus*, sic *oculus*que nihil.
Imo et quod *vivit* sine vertice *vivit* et *ivit*,
Transit *nequam* in *equam*, sicque *boves* in *oves*.

16.

In vulpis astutiam.

Non minor *apri-lis* quàm vulpis creditur esse,
Sed venatorem fallit uterque suum.

17.

Dic mihi, quae sit res, omnes dependimus
a quâ?
Hoc echo resonans audit, et inquit: *aqua.*

18.

Vulgus *aquam vitae* tritô quod nomine dicit:
Osor, *aquam vita!* nominitare solet.

19.

Argentoratum quo facta est gallica, pactum
Argento factum credo fuisse *ratum.*

20.

Esse *assuefactum* te vini ad pocula dicis,
Atque hinc te tantos evacuare scyphos.
Non *assuefactus:* sed es *a-sue-factus*, Apici!
Ingluviem enixae te genetricis habes.

21.

Saepe juventutis qui dicit more subulci,
A-sue-fit tandem moribus ille suis.

In poclis, inquam, evacuandis (turpe relatu)
Qui *studio-sus* est, *a-sue-factus* erit.

22.

In trepidos Atheos.

Incutit horrorem vel prosiliens *Atheis mus.*
Cur? animi intrepidi nil *Atheismus* habet.

23.

Vox *atramentum* genuina haud esse videtur,
Rectè *atra*, cùm *mentum* jungere nemo queat.
Quantumvis etenim *mentum* quandoque nigrescat,
Nulla tamen neutro femina juncta valet.

24.

Rhetora non solvit solers facundia letô.
Ah! *tropus* haut prodest: *Atropos* omne necat.

25.

Auritus quò sim, venias *auratus* oportet:

Aurum aurem atque *auram* *) conciliare valet.

*) sc. popularem.

26.

Autor et Auctor.

Autor ab *auctore* est alius: nam criminis *autor*

Sexus femineus: masculus *auctor* *) erat.

*) i. e. augens.

27.

Aliud.

Non bene Grammatici confundunt *autor* et *auctor*,

Est Satanas *autor* criminis: *auctor* homo,

28.

Aliud.

Autor per me sit, sitque *auctor*, sive sit *author*,

Naso *), tantumdem vox ita scripta valet.
Nec mihi mandatum cujusquam consulis obstat,
Quò minus hoc statuam. Quod probat usus, amo.

*) nomen propriuni.

29.

Bellum.

Bella gerunt homines; et se gessisse patratas
Res *bellè bello bellica* turba putat.
Non homines estis *belli*, qui *bella* crepatis:
Desine *bellorum*: sic mihi *bellus* eris.

30.

Aliud.

Bella minus *bello* dicuntur nomine *bella*,
Bellua quae potius jure vocanda forent.
Si tamen a *Bel* vel *Belial* quis traxerit illa,
Non refragabor: *nomen* et *omen* habent.

31.

Aliud.

Ni *bellè* quoque *bella* geras, malè *bella* vocantur,
Turpe tamen *foedus foedius* esse puta.

32.

Aliud.

Bellum quod *bellum* magnatibus esse videtur,
Nequaquam *bellum* civibus esse solet;
Illi etenim activè: passivè *bella* gerunt hi,
Exponitque hic, quos vellicat ille, pilos.

33.

In Benedictum, Medicum.

In vita *maledictus* eras, *Benedicte*, vocatus,
Saltem post mortem nunc *benedictus* eris.
Sed *sis* (quod nunc *scis*) *benedictus* vel *maledictus*:
Hoc verum scimus, quod, *Benedicte*, jaces.

34.

Bonum.

Mercari vili pretio *bona*, vendere carò,
Est mercatoris regula prima *bonì*.

35.

Aliud.

Non possum, mala quod facit, inculpare novercam,
Sed *bona* quod nostris subtrahit illa *bonis*.

36.

Aliud.

Invidus haut multum distant et avarus, opinor,
Vim facit iste *bonis*, vim facit ille *bonis*.

37.

Nunc *bonus* aut *melior*, vel et *optimus* ille Statista est,
Qui *malus* aut *pejor pessimus* est reliquis.

38.

In bucconem.

Si non es doctus, *buccas* modò flatibus opple;
Ad minimum *bucco* robore firmus eris.

39.

Aliud.

Esse tibi doctas quidam vult dicere *buccas*;
Buccas utriculum fors putat esse tuum.

40.

In patrem nimis indulgentem.

Caedere debebas gnatum, non *cedere* gnato;
Tu *cedens* nullo tempore *caedis* eum.
Crede mihi, cui tu *cedis*, te *caedet* is olim;
Et quem non *caedis*, *cedet* is anne tibi?

41.

Cum *cane* concertas *cantu*, nam dum *canis*; ecce!

Auditus simul est tunc ululare *canis.*

42.

Canum jam sperni te dicis, o Alde! magistrum,
Credo magistrum te fortè fuisse *canum.*

43.

Carneolus digitum flammis radiantibus ornat:
Sed stomachum juncta *carne* juvabit *olus.*

44.

Utile dux voluit praeferre Philippus honesto,
Cum gallo foedus dum speciale facit.
Nam quid, ait, *certare* juvat? res lubrica bellum,
Certa re praestat pacis inire modum.
Sic *in certa* volat, ne res *incerta* maneret,
Pacis non belli se probat esse ducem.

45.

Praecipitis linguae, Mentho, es nimiumque loquacis,

Nec quicquam lepidi *moris* et *oris* habes.
Quaeris quî fiat, quâve hoc ratione geratur?
Qui *citus* est linguâ, *scitus* is esse nequit.

46.

Ad nomen virginis Clarae.

L. pereat, nec fit (Graecorum ut lingua ministrat)
Littera H. *Chara* est, quae modo *Clara* fuit.
Fallimur et *Clara* es, *clara* et tua forma relucet,
Et mihi *Chara*, ergo nomen utrumque refers.

47.

In *coelo* vulgo fieri connubia dicunt,
Conjugium in *Zelo* dicitur esse tuum.

48.

Connatus non est habitus virtutis in ullo:
Conatus talem sedulitate facit.

49.

Consul es, et satis est, nam si sapientior esses,
Tunc quoque *consulius*, quod modò non es, eras.

50.

Si vis perpetuis *consul* cum laudibus esse,
Consilii fac agas robore, quicquid agis;
Et *consultantes consultor consule consul*;
Nil sine *consilio consuluisse* juvat.

51.

Si, Theodore, tibi *cordi* est *concordia cordis*,
Cor cordi spons sponsae junge repentè tuum.
Hinc orietur enim bini *concordia cordis*,
Et tibi sic *cordi*, in tempore quod sit, erit.

52.

Vivere tot speres, quod *cornix* victitat, annos?

Mox *cor*, *nix* veluti colliquefacta, perit.

53.

In cornigerum.

Uxor te non casta facit ditescere multum,
Hinc tibi sic *cornu-copia* semper erit.

54.

Totus homo *cor* et est *corpus*; *pus* ergo fit excors
Corpus: et haud constat jam sibi totus homo.

55.

Non adeo longè a sese differre videntur
Jurisconsultus, conjugiique cliens;
Scilicet alter habet, quod tractet, *corpus juris*:
Et, quod tractet, *jus corporis* alter habet.

56.

Est nimis exilis tua vox, si *crassior* esset,
Annè citra dubium *crassior* illa foret.

57.

In Abrahamum quendam mendacem.

Etsi Abrahamus nomine
Vocere ; non tamen mihi
Hinc es pater *Credentium*,
Sed es pater *Cretensium*.

58.

In quendam statim a cibo sumto obdormiscentem.

Protinus a coena declinas lumina somnô :
Pronus et in *cubitum* suaviter is *cubitum*.

59.

In Medicum circumforaneum.

Curas, ut te ipsum *cures*, *currendo* per urbes.
Parce mihi. *Curas* non ego *curo* tuas.

60.

A gravibus nomen deducit *curia curis* :

Cur? quia quae *curet*, *curia* semper habet.

61.

Cyprianus.

Cui dat nomen *anus*, cui *Cypria* juncta, sed unum:

Cypria principio, fine sed exstat *anus*.

Quod si sit juvenis, sit *anus* cur *Cypria*?

Cypri

Forsan *anus*, demto vertice, *Janus* erit.

62.

Patria jure tibi *Daventria* dicitur esse;

Omnia *das ventri*, Narnice; nil capiti.

63.

Despicit e celsis quicunque penatibus urbem,

Despicit hic humiles fronte minace viros.

64.

Ad luxuriosum juris studiosum.

Romulidûm leges, *Digesta*que publica spernis:

At *digesta* tuo fercula ventre probas.

65.

In Doctorem.

Nuper eras *docilis*: mox *doctus*: denique *Doctor*;
Quid nunc? quotidie *doctior* esse studes.

66.

Aliud.

Doctor es, et *docto res* ore resolvere nescis,
Quas tibi *doctores* objiciendo movent.
O te *doctorem* miserum! praestaret, opinor,
Doctus, quam *doctor*, si, Beroalde, fores.

67.

Dominus.

Musarum vacuus cum cerneret Irus alumnum,
Dives hic est dominus, plus ait, ergo dabit.
O miser! errâsti, cum risu subjicit alter,

Dives ego *dominus* tunc ero, si *do minus*.

68.

Aliud.

Quo fiam rerum *dominus*, licitum traho quaestum :
Do temerè *minus*, et parta repono bona.

69.

Aliud: Ad meum fratrem.

Cur scribis: domino-fratri, cùm munera mitto?
Haec nisi do, fratrem vix ais esse tuum.
Nomina, pol! vendis. Sed ne mihi nomina vendas,
Ecce tibi *do minus*, ne quoque sim *dominus*.

70.

Dorothea.

Si conjuncta viro *Dorothea toro Dea* facta est,
Et socio conjux ipse *toro Deus* est.

71.

71.

Aliud.

Larga *toro Dea* sis, oro; te nullus adoro:
Oro, te sociam da, *Dorothea*, toro.

72.

Primus in orbe madens fuit ebrietate Noachus,
Ille Ebraeorum vinipotens abavus;
Quid mirum est igitur, nos potu hodieque madere?
Novit et *Ebri aetas*, quid juvet *ebrietas*.

73.

Edere vult librum, quo *famae* consulat, autor,
Mus prior *edit* opus, consuluitque *fami*.

74.

Si nostras lucri nil derivabis ad *aedes*,
Nil etiam in nostris aedibus, Abdon, *edes*.
Sed, velut indubio signo, serviliter *edes*,

Te cerebri esse hominem mentis egentis.
Et es!

75.

Equus et aequus.

Cùm tibi cura minor sit *equi*, quam juris
et *aequi*,
Nomine dicendus Philodicaeus *) eris.

*) i. e. amans aequi.

76.

Aliud.

Non ideo gaudebis *equo*, si feceris *aequum*,
Aequum qui faciunt, his male currit *equus*.
Aequi hostes vectantur *equis*, pedes ambulat
aequus.
An spernas *aequum*, ne tibi desit *equus*?

77.

Aliud: Jurium doctori equum alenti.

Nutrit *equum* doctor, quo non eget, absona
res est;

Aequum si curet, convenienter aget.

78.

In Desiderium Erasmum.

Quae *Desiderio* mors nos orbavit *Erasmo*,
Heu *desiderium* quàm longum liquit *Erasmi!*

79.

Aliud.

Quaeritur unde tibi sit nomen *Erasmus*?
eras mus.

Responsio.

Si *sum mus* ego, te judice, *summus* ero.

80.

De indice Virgiliano Erythraei.

Quãm mihi Virgilii placeat lectissimus index,
Vin' dicam? dicam, sed, Poliane, brevi:
Vivet *Erythraeus*, nec *erit reus* ullius otî.
Firmavit studii vim satis ille sui.

81.

Cur vult *esse sui* potiùs, quam fratris,
Amandus,
Juris? vult *juris*, cùm cibat, *esse sui*.

82.

Expetit unusquisque quod *expedit*. *Expedit* autem
Id tantum, quod plebs utilitate probat.

83.

Facies.

Hostis es occultus, licet ore videris amicus,
Nec bona sit *facies*, si bene non *facies*.

84.

Aliud.

Turpius odisti, quàm non agnoscis, amicum:
Si bene non *facies*, nec mala sit *facies*.

85.

Aliud.

Quid *facies*, *facies Veneris* cùm *veneris* ante?

Ne *sedeas*; *sed eas*, ne *pereas per eas.*

86.

In libros.

Deficiunt plerique, bonâ etsi fruge referti;
Sufficiunt pauci, qui meruére legi:
Officiunt nimii studiis, turbantque legentes;
Efficiunt alii doctum, aliique pium.
Inficiunt aliqui, *afficiunt* et denique multi;
Perficiunt soli, Biblia sacra, libri.

87.

Nec *famae*, nec scribo *fami*, cùm carmina scribo,
Ut nè sim studiis dissonus ipse meis,
Duncque huic consulero, dispareat illa per auras;
Namque *fames famae* est noxia, *fama fami*.

88.

Ut *fasti* ventos signant et nubila coeli:
Sic *fastus* tumidi pectoris ima notat.

89.

Capra velut *Parca* *) est, quantum ex ana-
grammate constat;
Scilicet haec *febres* diligit, illa *vepres*.

*) Dea fati.

90.

Ad D. Paulum de Felice et Festo.

Felix infelix: infestus et est tibi *Festus*.
Infaustus faustus fit tibi, Paule, dies.

91.

Fer capite integro, simul et cum pectore
ferreo,
Sic animo totus *ferreus* esse potes.
Ferrea cui solido mens est in pectore clausa:
Fer bene principio, *ferre*que fine *reus*.
Fer simul et medio, sed *re*, non nomine solo
Ferreus: et sine *re* diceris esse *ferus*.
Pectore disposito bene, fortis *erus* velut
heros.

Cognatoque simul nomine *verus* homo.

92.

Fer sic *ferre*, placet *Reus*nero symbolon,
Heli:
Qui bene *fert* alios, *fertur* et ipse magis.
Ferreus, an potius sine *re ferus* esse putetur?
Qui *fert* et *fertur*, sed sine fine *reus*.

93.

Fides.

Ut ne fallaris, (nam mundi fallere mos est)
Fide, sed et, fidas cui, prius ante *vide*.

94.

Aliud.

Fide, sed ante *vide*: qui *fidit*, nec bene *vidit*,
Fallitur; ergo *vide*, ne capiare *fide*.

95.

Aliud.

Sit quamvis extenta *fides*, tamen ipsa re-
mittit:

Fit, quamvis constans, lubrica saepe *fides*:

96.

Quando *orimur*, *fimus fimus*, (ô quam tristia fata!)

Et quando *morimur*, *fimus*, amice, *fimus*.

Quid massa haec igitur sublimi fronte superbit?

Indignum est-ne, *fimum* celsius ire *fimo*?

97.

Fortunâ es *natus*, si *fortunatus* haberis:

Et si *prosper itas*, est tibi *prosperitas*.

98.

Qui bibit, ut *fundo* nec gutta supersit in imo,

Huîc parvô nullus tempore *fundus* erit.

99.

Fur.

Si *fur es*, fugito mala ceu consortia *fures*;

Fur tum, si *furtum* continuabis, eris.

100.

Aliud.

Fur duplex veri est *furfur*, dignusque cibari
Furfure, *furcifero* haec convenit esca viro.

101.

Aliud.

Furfur, *fur* duplex merito de jure vocatur;
Nil habet in sese pollinis ille boni.

102.

Aliud.

Furfur, *fur* duplex non stultè dicitur esse:
Fur, *furfur* praeter, nil quod abegit, habet.

103.

In gallum gallinaceum.

Gallus es, et *Gallus* non es, quia *Gallus* es ortu;
Natio te *Gallum* sed tamen esse negat.

104.

Gertrudis.

Gerd rudis est homo, qui callet nec betæ
nec alpha;
Gertrudis meritò est illius ergo Venus.

105.

Aliud.

O pia *Gertrudis* quàm inter benè basia ludis!
Dum *trudo*, *trudis* bis terve, quaterve
retrudis.

106.

Ad Hospitalem, Galliae Cancellarium.

Hospitio profugas hac tempestate Camoenas,
Excipis, ho pitibus nec sua jura negas.
Hospita-lis gemina non hinc mihi voce,
sed una es,
Exulat hospitio *lis* mala namque tuo.

Hospitii cessere tibi pro munere Musae.
Nomen et hinc Xenii jure parentis habes.

107.

Omnia *transibunt*, nos *ibimus*, *ibitis*, *ibunt*,
Ignari, *gnari*, conditione *pari*.

108.

I-carus Superis, mediumque tuere libenter:
Icarus e medio devius amne perit.

109.

A Jesu vitâ dici *Jesuita* *) meretur,
Non quia sectatur, sed quia vitat eam,
Cur ergo qui cum *Jesu itis*, cum *Jesuitis*
Itis? *Jesu iter* ex hoc grege nemo *terit*.

*) trisyllabum.

110.

Non decet *in bellis*, *inbellis* ut arbiter esset;
Belli judicium gens malè *bella* facit.

111.

Consulo te, Maevi, dubiis in rebus amicum.

Quî sic? *in certis* ipse mihi sapio.
Cernitur *incertis* in rebus certus amicus;
In certis certus quilibet esse potest.

112.

Incuria.

In curiâ non sit frequens *incuria*,
Si vis, salus curetur et respublica.

113.

Aliud.

Saepe *in curiâ* habet torpens *incuria* sedem;
Sed stertant cives; consul adesto vigil!

114.

Si quis it *inficias*, rem dicitur ille negare;
Rusticus *in vicias* *) saepius ire solet.
Quid mirum est igitur, si quid peccatur ab illo,
Quod confidenter protinus ille negat?

*) genus frumenti.

115.

Ingenium.

In genium qui vult omnes impendere curas,
Ingenium non est aptus habere bonum.

116.

Aliud.

Pollio fit praetor, licet indoctissimus esset,
Ingenio modico, maximus *in genio*
Quis putet? *officium* tamen idem Pollio praestat,
Judicio multis *officit* ille suo.

117.

In gentem nostram *ingentem* te dicis amorem
Condere corde: parum est hoc; *aperire* stude.

118.

Non *immensa*, minus sed ponis fercula *mensa*,
In mensam mensam da magis ergo dapem.

119.

In mundo nihil est *mundi* : *mundanus* es ,
ergo
Immundo in mundo tu neque *mundus* eris.

120.

Pauper ubique jacet : malè res ea pungit avarum ,
Sunt *oculis* miseri spina , magis *loculis*.
Quô pactô , clamat , turbam removebo molestam ?
Vis ? ut eant *inopes* , ire sinas *in opes*.

121.

In sano sensu placet haec distinctio doctis ;
Insanô sensu dicta sophista capit.

122.

In terra pax quî queat esse ? ibi vivimus omnes
Inter rapax , eheu ! genus mortalium.

123.

Invitis nihil obtrudas. Nam si quid abhorrent
In vitis homines, saepe nocere solet.

In vitis patet hoc fructu: si abstemius adsit,
Infit is: haut cupio; lambere praestat aquam.

124.

Quaeris in *Italia* pietatem? *i*! *talia* vix sunt
Pectora in *Italia*, quae pietate micent.

125.

Jus.

Praescribit Medicus leges, et *jura* dat aegris;
Hinc Doctor *juris jure* vocandus erit.

126.

Aliud: In Praebisium, Medicum.

Et scis, quid *juris*, Praebisi, et idem quoque nescis;
Nescis juridicè, scis medicè et physicè.

Aegrotis igitur coque *jus* de more Galeni;
Jus reliquum in promptu Justinianus habet.

127.

Aliud.

Regibus atque coquis positum *jus* semper in *armis*:
Armus jura coqui dirigit: *arma* ducis.

128.

Aliud.

Et coquus et legum cultor vir gratus in aula est,
Juribus iste suis, *juribus* ille suis.

129.

Jurisconsultos voco, qui sunt lege periti:
Juris consultum, Phryx ait, esse coquum.

130.

Nec sacra jura valent tantum, nec jura profana,

Quantum

Quantum formosae Cypridis ora, genae.
Cum *Titia Titio* si coram judice lis est,
Causa valet *Titiae*, sit bona, sive mala,
Formae nec forus est *caecus*, sed judicat *Argus*,
Tam teneri sexûs est, ait ille, favor:
Sic cùm *Justitiae* foret absque favore litandum,
Sacrificat pulchrae curia *jus Titiae*.

131.

In nomen: Justus.

Jus charum est terris, Superis *tus*: nempe ita *Jus-tus*
Charus erat terris, charus erat Superis.

132.

Justus ni fueris, *i* miser! *ustus* eris.

133.

Si quis non adfert *lautas* ad prandia *palmas*;
Nec *palmâ lautas* tangat is ipse dapes.

134.

Praeceptum fundat, sed lectio perficit artem,
Nil faciunt *leges*, si nihil ipse *leges*.

135.

Lepus et lepos.

Vos ego convivas invito; adferte *leporem*
Vobiscum; *leporem* prandia nostra dabunt.

136.

Aliud.

Do vobis *leporem:* vos autem adferte *leporem*;
Sic satiabimini vos, satiabor ego.

137.

Aliud.

Desipit ille minus, qui continet ore *leporem*;
Pectore qui *leporem*, desipit ille nimis.

138.

Aliud.

Non mea difficili sacrat se Musa senectae:

Tendit ad aetatis flore virente viros.
Scit *lepores* praeferre senes; non ferre *lepores:*
Scitque *sali* juvenes proposuisse *sales.*

139.

Aliud.

Nostros, Maecenas, mittit tibi Musa *lepores,*
Mittere sed *lepores* vestra Diana solet.
Rara placent; raros igitur gustato *lepores,*
Atque meis *leporem* mittito, quaeso, focis.

140.

Aliud.

Qui *lepus* est, *lepus* est *leporem*; *leporem*que *leporem*
Conciliare tibi, credat Apella *lepus* *).

*) Apella lepus locutio proverbialis.

141.

Lexicon emisti; sed nil legis in illo,
Lex icon studiis *lexicon* esto tuis.

142.

Liber amas dici, laudo, sed nullus amicus
Crede, magis *liber*, quam *liber*, esse solet.

143.

Non *liber* mentes a curis *liberat* omnes:
Si *cor dolium* amat; *cordolium* cor amat.

144.

Liberûm amans pater est; jus *libera libra*, *liber*que
Liber: *Liberius*, *Liber* et ipse pater *).

*) Bacchus.

145.

Si tibi *librorum* sit copia, habebere doctus,
At si *librarum* *) copia, dives eris.
Dic jam, num *libros* an malis, Pollio, *libras*?
Praestat femineo vulgo virile genus.

*) livres tournois.

146.

In S. Luciam.

Lucida lucescit lucenti Lucia luce:

Mens mea *lucescat*, *Lucia*, mente tua.

147.

Ad Musicum.

Ludere ceu *fidibus* calles, Menedeme, canoris;

Sic homines *ludis* decipiendo *fide*.

Ne tu *lude fide*; *fidibus lusisse* licebit:

Tertia *) fac *ludat*; *ludere Quinta* neget.

*) Tertia respicit nomen: fides, ium, 3. Declin. et simul alludit ad intervallum musicum, quod Tertiam vocant. Idem dictum esto de Quinta.

148.

Esse *magister* aves: studeas catus esse *magis ter*:

Esse *minister* aves? *ter minus* esse stude.

149.

Mala mali malo mala contulit omnia mundo,

Malo carere *malis*, quàm *malum* mandere *malis*.

150.

Spuma *maris* Venerem fertur genuisse sub auras;
Vel fuit ergo *mari*, vel *mare* *) nata Venus.

*) viro.

151.

Nasoni *) sua sit, sua gloria sitque Maroni, **)
Martia-lis studio vincit utrumque suo.

*) Ovidio. **) Virgilio.

152.

Me coenas gustare tuas et prandia, mandas;
Maecenas igitur magnus es, Ance, mihi.

153.

Medico acerbatis in febribus utere *malo*;
Qui facit hoc, *Medico* haut utitur ille *malo*.

154.

De Medio, calumniatore in aula Alexandri.

Medius infamis dentata crimine linguae,
(Sic *me-dia* fides!) non tenuit *medium.*

155.

Me mento mentique tuae defige, sodalis;
Sicque sodalitii saepe *memento* mei.

156.

Saepe *minis terres*, malus ergo *minister es*
aulae,
Ista *minus te res* sed facit esse bonum.

157.

Qui non *moratum**), nec se usquam ait esse
moratum,
Hunc ego *mcratum* non satis esse putem.

*) bonis moribus.

158.

Nos juvat ante *mori*, ac *morimur*, nam si
morimur sic

Non *morimur mori* *), quando brevi *morimur.*

*) i. e. stulti, Graec.

159.

Mos vim praegrandem : *mors* vim simul obtinet amplam :

Parendum est *mori*; lex quoque fixa *mori.*

160.

Mus catum metuit, fugitque semper,
Muscatum quoties edendo rodit,
Aut quasvis alias dapes repostas.
Cùm contra sapidas petiscit escas
Musca, *tùm* residet tenax in illis,
Vel certè revenit crebrò repulsa ;
Mus catum caput erigat necesse est.

161.

An quod avis sint pejores plerumque *nepotes*,
Prodigus et potor dicitur esse *nepos* ?

Nè potes igitur nimium, ni fortè *nepotes*
Inter degeneres nomen habere velis.

162.

Ne potum studeas mihi commendare *nepotem*,
Mitte *tui* similem, dissimilemque *sui*.

163.

In Nostradamum, Astrologum.

Nostradamus, dum verba damus: nam fallere nostrum est.
Et cùm verba damus, nil nisi *nostra damus*.

164.

Et *nothus* es, Maratho, et *notus*: sed *notior* ut sis,
Nota, *nothus* fallax, das tua verba *notis*.

165.

Omnia perficiet *nummus*, si sit *numerosus*;
Tunc eris in *numero*, si *numerare* potes.

166.

Ad Ristium, de illius odis.

Tene mori credam posse, ô clarissime Risti,
Qui dudum doctâ sidera fronte feris?
O das coelestes nobis mortalibus *odas*;
Non sinet haec dulcis te tua Musa mori.

167.

Ne tibi *nola*, puer, forsan curanda sit olim;
Nec *mola* te jubeat fuste domare pecus;
Nec *vola* cogatur tibi densum obducere callum;
Sed *stola* condecoret teque, tuamque domum:
Fac, *schola* te videat tuâ in hac aetate frequentem;
Haec te sublimem reddere *sola* potest.

168.

Nil *homine* est pejus, qui *nomine* et *omine* sordet;

Se — *Domine*, abs hoc me *nomine* quoque — grega!

169.

Si, tibi nè frustra, vis, elabatur ut *hora*,
Ora devotè, et fortiter *ora* move,
Ne *tacitus Taciti* videaris filius esse;
Ora! esto haec studii metaque prima tui.

170.

Oratio.

O clamat, quicunque *rati* se credit, et *orat*;
Inque *freto* discit spe niti, numine *fretâ*.

171.

Aliud.

O! ratio nostri voces nisi dirigat oris;
Nequicquam Superis *oratio* fusa placebit.

172.

Mercator, Geographus saec. XVII.

Mercator toto est per famam vastior *orbe*:

Namque *orbem* totum claudit hic *orbe* suo.

173.

Mundus it *immundus*; furit *orbis* moribus *orbis*:

Sic propè stat *funus*; stat propè *finis* ei.

174.

O vis, quàm simul est par tibi et impar *ovis*!

175.

Si tibi non *ovis* est, fruere *ovis*. Non minus haec, quàm

Illa, tuum stomachum laetificare queunt.

176.

Palma.

Obtinet is *palmam*, *palmam* qui munere replet;

Hoc *e re* fuerit, si gravis *aere* venis.

177.

Aliud.

Palma potest arbor curvari pondere nullo:

Fit tua *palma* dato munere curva satis.

178.

Tota soporiferum tibi dictio promo *papaver*.
Caudam si tollas, *papa* latinus adest.
Caudam si teneas solam, *ver* prodit amoenum:
Mortales recreat quod simul, atque Deos.

179.

Fac mihi *par* ut sis, si vis tibi *par* ut ego sim;
Si fueris mihi *par*, *par* tibi rursus ero.

180.

Et patri et matri soboles cur *pareat* aeque?
Audit uterque *parens*: haec *parit*, ille *parat*.

181.

Cùm *parat* uxori et soboli vir victum et amictum,
Prolemque e contrà huic uxor amica *parit*,
Et proles benè nata *parenti paret* utrique,
Tunc domui ex animo singula vota cadunt.

182.

Parentes et Pater.

Cum studeant isti, natis ut inane *parent aes*,
Dicendum meritò; qui *pater* est, *paret aes*.

183.

Cum soboles patri laudabili in ordine *paret*,
Fas est, hic illi vitae alimenta *paret*.

184.

Ut tibi sim *par vis*, nec me consuescere *parvis*;
Nunquam is, ni fueris tu quoque parvus, ero.

185.

Epitaphium Pastoris.

Pastor eram vivus, *depastus* funere *pascor*
Vermibus *impastis*, putre cadaver, ego.
Quo *pavi* et *pastum pastus* pro jure recepi,
Illo etiam *pastus* munera solvo loco.

Solvo, sed usurae justo cum foenore; *pastu*
Nam mihi pro terrae *pascitur* aura poli.

186.

Est *patiens patiens*, qui morbo quando laborat,
Perfert, perferri quod medicina jubet;
Impatiens contrà, qui contra nititur, et se
Non *patitur* Medicum discruciare suum.
Nimirum ille alios, sese hic plus diligit, et sic
Praestat, quam *patiens impatiens*, *patiens*.

187.

Pontificem *Paulum* nobis pia numina praestant:
At *Paulus paulum*, quod cupit orbis, erit.

188.

Noxia res *penna* est, si fors quis abutitur illâ:
Noxia res *lis* est, quatenus arma movet:
Noxia res *mus* est, si rodit tritica nostra;

Hinc *pennalismus* jussus abire fuit.

189.

Pennâ lis oritur, quis sit *pennalis* habendus.
Pennalem, *pennam* quisquis honorat, agit;
Pennalem Doctorem, *pennalem*que Magistrum
Quos *pennâ* ingenium ducit ad astra, voco.
Doctrinae quicunque cupis tibi quaerere famam,
Hanc vocem magni nominis instar habe.

190.

Sum *per-fidus* ego, tu *perfidus* inter amicos;
Longam ego corde: brevem tu geris ore fidem.

191.

Etymologia nominis Philippi.

Phi, nota faetoris, *lippus* malus omnibus oris.
Phi malus et *lippus*, totus malus ergo *Philippus*.

192.

192.

De Philone Judaeo, Philosopho.

Philosophi ascitum multi gessere decorem:
Philosophus proprio est nomine *Philo sophus.*

193.

Vertieis arce *piam* *) fers, horrida Gallia, *matrem*;
Cur *pia* non miti pectore *mater* inest?

*) meninx anatomicè appellatur: pia mater.

194.

In Pium V. pontificem max.

Hîc *Pius* heu! recubat *Quintus*. Res mira, tot inter
Pontifices tantum *quinque* fuisse *Pios*.

195.

Rusticitas cunctis odio est: sed moribus ultrò
Si studeas *placidis*; tum *placitis*que studes.

196.

In quacunque *plaga* fortunae *plaga* timenda est:

Sors etenim tristes tendit ubique *plagas*.

197.

In Polum, Cardinalem.

Est *Polus*, an *Polus* tibi nomen? utrumque reponunt

Flaminius *Polum*, Palladiusque *Polum*.

Forsitan ante *Polus* fueras. Sed venditor ejus

Dictus es hinc *Polus* *). Vendite *Pole Pole*.

*) Allusio ad Graecum.

198.

De nece comitis De Ponte.

Pons punctus pugione perit; sed pone prehensus

Ad *pontem*, *Pontem* qui pupugit, periit.

199.

Ponti faex nautae a nonnemine fortè vocantur;

Pontifices hâc quis voce notare velit?

200.

Si excrementorum *ponti faex* illuvies est;
Non fas est, Papam dicere *Pontificem*.

201.

A seclis aliquot sunt commentaria dictae
Postillae: autoris cùm legit alter, opus;
Hic quia dictando repetebat ab ore magister
Discipulis crebrò talia verba suis:
Nunc *post illa* mei; *post illa* adscribite verba
Textus: *postillas* hinc genuêre notae.

202.

Una *salus* sanis nullam *potare salutem*.
Non est in *potâ* vera *salute salus*.

203.

Opto tibi multam, nullam tibi *poto salutem*.
Est *potior potâ* sicca *salute salus*.

204.

Parodia in prius distichon.

Opto tibi nullam, sed multam *poto salutem.*
Est *potior* siccâ *pota salute salus.*

205.

Ducere si juvenem gestis pulchramque puellam,
An *proba* sit genitrix illius ante *proba.*
Hanc si deprendes concinnis moribus esse,
Nil est, cur dubites illius esse *procus.*

206.

Menè *probare* tuae, Naudi, vis carmina musae!
Non *probo*, namque *probis* sese ea sponte *probant.*

207.

Prodigus es, luxuque tuam rem *prodigis* omnem:

Quis te *prodigium* non videt esse malum?

208.

Aut decus, aut vitium bello sese exerit omni:
Pro ditione bonum est; *proditione* malum.

209.

Non mihi nunc animus *prolix'is* ludere metris:
Quando *pro lixis* lusero, longa canam.

210.

Nunquam *promisso* dicam pro munere *grates*:
Sed benè *pro misso* munere *gratus* ero.

211.

Publica res multis, paucis *respublica* curae est,
Publica nempè putant omnibus esse *bona*.

212.

Abs te laudari, vel te laudare quis ausit,
Est *pudor* et *putor* gloria, Munde, tua.

213.

Instar *pupillae pupillum* dilige, tutor,
Sed *bona* ne *cura*, si *bona cura* tibi est.

214.

Purpura regales fulgens praetexit amictus;
Pura, exors capitis, sit nisi, nulla placet.
Purpura capta nigro fundit cum sanguine vitam:
Purpura fit cujus tincta cruore rubens.

215.

Quanto a *vero* usu discrimine distet abusus,
Id tibi vel vinum verificare potest.
Quando vel *ferit* hoc gladio, vel operta recludit,
Tum *vera* in sese, tum *fera* Bacchus habet.

216.

Fac aeterna *quies* in coelis sit mihi quondam,
Jova, *qui es* coelis! nil magis opto mihi.

217.

Medicus.

Pristina non curat, quamvis pretiosa *recepta*,
Semper amat praesens, atque novum *recipe*.

218.

Tale *vale* dico, cùm fortè recedit, amico:
Vive *recordare* *), hoc pignus amicitiae est.

*) i. e. re cor dare.

219.

Quando *recordari* nostri vult fidus amicus;
Re tunc illius *cor* mihi posco *dari*.

220.

Insons argueris? benè factis verba *refelle*,
Tunc reprimes hostem, *re* sine *felle* tuum.

221.

Totus ab imperio pendes abdominis, Aule,
Re gula nam vitae *regula*, credo, tuae est.

222.

It testudo gradu *repente*, nec ire quiescit:
Sic prior ad metas ipsa *repentè* venit.

223.

Est *respectus*, ubi pergit *pes rectus* *) ad aulam:
Respectus melior, *res* ubi, *pectus* ubi.

*) alluditur ad anagramma: r e s p e c t u s.

224.

Omnibus in rebus divinum *respice* numen:
Sin minus, haerebit *res pice* coepta tibi.

225.

Roma quod inverso delectaretur amore,
Nomen ab inverso nomine cepit *amor*.

226.

In quandam, quae amatorio ROSAE titulo sibi impensè blandiebatur.
Vis, te *Rosam* vocari?

Nunc te *Rosam* vocabo.

Pecoro*sa*, stercoro*sa*,

Squarro*sa*, et ulcero*sa*,

Viro*sa* *) es, et viro*sa* **),

Humero*sa* es, et labro*sa*,

Monstro*sa* es, et toro*sa*,

Moro*sa* es, et scabro*sa*,

Onero*sa* es, et nitro*sa*,

Salebro*sa* es, et petro*sa*,

Umbro*sa* es, et stupro*sa*,

Scelero*sa* es, et probro*sa*.

Nunc te *Rosam* vocavi.

Vis, te *Rosam* vocari?

*) Veneno abundans. **) Viri appetens.

227.

Hac jacet in tumba *rosa mundi*, non *Rosamunda*,

Non redo*let*, sed *olet*, quae redo*lere* so*let*.

228.

In tumulum Rosciae, puellae.

Ros mihi dat titulum, nomenque est *Roscia* nostrum.

Ros brevis est, brevis, heu! sic mihi vita fuit.

Rore madet tumulus, stillant et marmora *rorem*.

Roscia sum, me *ros*, *roscida* et unda rigat.

229.

Tus rorem maris, et redolet tus *rosmaris* aeque:

Par in utroque decor: par in utroque vigor.

Sic *ros*, sic *maris* est *ros*: absit et hinc canis ira

Fronte, fit *os*: dempto grammate, *mars* fit herus.

230.

Rumor rumores, *errores* parturit *error*;

Ut nivis exiguus crescit eundo globus.

231.

Mobile femineum fixum fugit omne virile;
Vaccaque non crassus, crassa sed illa datur.
Dos sacra, non sacer est; cur dicitur ergo *sacerdos*
An quia *sacra* sacrum *dos* facit esse virum?
Non incongruus est igitur mihi sermo futurus,
Quando sacerdotem dixero dote sacrum.
Sed cur Vestalis soror est quoque dicta *sacerdos*?
Nec potius *sacra dos*, quando virile nihil:
Nam quia dote sacra est, non hinc dicenda *sacerdos*,
Sed potius *sacra dos* jure vocanda foret.
Fallor? an haec ideo est fortè appellanda *sacerdos*,

Quod sacrâ huic animus fit quoque *dote sacer* ?

232.

Mensam far decet, et purum sine labe *salinum*.

Sal caput est, *linum* denique textor amat.

233.

De herba *Salvia* dicta.

Salvia dicta fuit, quod vitam *salvia salvet*,
Ergo tu *salve*, *salvia* chara, mihi.

234.

Aliud.

Salvia cum ruta tibi pocula tuta ministrat,
Nomen habens, vi quod *salvia salva* suâ est :
Divide jam vocem : condimentum utile mensae
Sal est principio ; sed *via* fine patet.

235.

Quis speret, tua *se creta secreta* notare,
Aut *limâ rimas* quaerere posse tuas?

236.

Ne *sine* sis *cura*; impendet peracuta *securis*;
Securis nimium saeva *securis* obest.

237.

Owenus de suo: Sequimini.

Quaeris quî possis etiam fieri ipse poëta?
Disseritur satis hoc versibus omne meis.
Proque novem Musis in fine: *sequimini*, habetur
Nostrûm librorum: cur? quia primus ego.
Se qui mî (*nî* rem Marte aggrediatur iniquo)
Associabit, is et versificator erit.

238.

Dicuntur Veteres *sinceri*. Cur? *sine cera*
Chirographûm fertur prisca stetisse fides.

239.

Ad Momum.

Scripsisse me nil *singulare* jactitas ;
Singula lege, et erunt, Mome, *singularia*.

240.

Si renum cupis incolumem servare salutem,
Sirenum cantus effuge, sanus eris.

241.

Hîc *situs* est *sitiens* atque ebrius Eldertonus.
Quid dico, hîc *situs* est? hîc potius *sitis* est.

242.

Sol in *vere solet* concretos *solvere* rivos,
Sed siccando, *salem sol solidare solet*.

243.

Quot numeras anno vertente, Patercule, *soles*,
Tot quoque florenos dinumerare *soles*.
Quid mirum, erectis te sic incedere cristis?
Soles florenis aequiparare *soles*.

244.

Emolumenta *soli soli Soli* tribuuntur,
Et meritò; *Sol* est maximus ipse Deus.

245.

In philosophastrum.

Philosophum quisquis *solidum* te dixerit, errat:
Philosophum *solidum* si vocet; error abest.

246.

Qui *somnolentum* te dicit, nae! malè dicit,
Et falsò de te judicat ille, reor.
Non *somno lentus*, sed *lentus* es, Hanse, *labori*:
Plus dormis, video, quàm tua Sparta velit.

247.

Somno-te-*lentum* temerè qui praedicat esse,
Non rectè mores novit hic ipse tuos.
Haut etenim ad *somnum* carpendum *lentus* es, Haedi,

Sed totus *somno deditus* atque satus.

248.

Sorte suâ nemo contentus dicitur esse;
Contentus tamen est Euclio *sorde* suâ.

249.

Si benè, si rectè, si cautè vivere gestis:
Composita a *Specio* mente revolve tuâ.
Aspice cum primis supremi numina coeli.
Conspice vicinos, proxima corda, tuos.
Despice mundanos, curarum vincula, census.
Inspice salvificos, Biblia sacra, libros.
Perspice diaboli, pandentis retia, technas.
Prospice, quem finem sint habitura mala.
Respice te, interiore examine pectoris, ipsum.
Suspice sincero mentis amore polum.
Ac tandem in cunctis benè te *circumspice* rebus;
Sic prudens, felix atque beatus eris.

250.

250.

Sperno me, *sperno* me *sperni*, *spernoque*
nullum,
At mundum *sperno*. Nonne ego *sperno*
bene?

251.

Ad sponsam.

Sponsa es, *sponte* tui ad *spondam* nunc
pergito, *sponde*,
Te *sponsi sponsam* velle manere probam.
Serva *spo nso*, quae *spondes*, alias tua *sponsa*
Sub *spondam* recident, *sponsa*que nulla
manent:
Haec ego *respondi sponso* ad *sponsalia sponte*.
Spondeat is, qui vult: stat mea *sponda*
vacans.

252.

Sta juri, partique tuae simul esto fidelis;
Et *jurista* fores tunc sine lite bonus.

253.

Dic mihi, per Divos! cur dicitur ille *statista*
Qui prudens uti scit ratione statûs?
Cujus in immotâ sententia mente *stat ista*,
In summo, summo jure, *stat iste* loco.

254.

Studiosus.

Est, arti qui virtutique studet, *Studiosus*,
Qui vitiis, *studio sus* erit ille, studet.

255.

Aliud.

Non tibi Lucanus, tibi sed lucanica cura est;
Sic *studio sus* es, non *studiosus* homo.

256.

Aliud.

Qui nec scit Baccho, nec velificare Camoenis,
Nec *studio sus* hic, nec *studiosus* erit.

257.

Aliud.

Qui *studiosorum* misceri coetibus ardet,
Concinnis, par est, moribus ille vacet.
Esset enim potius *studiosus*, quam *studiosus*,
Si spurcis tinctus moribus ille foret.

258.

Lusciniae echo.

Quàm *suavis sua vis*, tantula cùm sit *avis*.

259.

Filia sub tiliâ mea net *subtilia fila*.

260.

Filia, sed sine ventre, trahit *subtilia fila*;
Sub tiliâ apta colo quae sedet, apta toro.
Si caput huic desit *), cohibent crassa *ilia* ventrem:
Ilia vel tua jam, Romule, mater adest.

*) scil. littera t. verbo: tilia.

261.

Unîcus est veterì notus *Suetonius* aevô,
Qui quoque *Tranquillus* nomine dictus erat.
Suetoni plures hodie cernuntur in orbe:
O si *tranquilli*, pacificique forent!

262.

Abdomen curans, porcus velut, esse videtur;
Est mera cura *sui* nonnisi cura *suis*.

263.

Cùm quidam monachus parùm latinus
In hymno venerabilis Mariae,
Dispersit, legeret, Deus *superbos*.
Heu quantus (Jubitò esaculabat ille)
Soloecismus hic est! ô sancta mater!
Nam *super bovem* erat tibi canendum,
Non, velut cecinisse te videmus,

Pro Deûm atque hominum fidem ! *superbos* !

264.

Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, *sustulit* ille patrem.

265.

Tela est uxoris : fortis sunt *tela* mariti ;
Hic igitur subeat *castra*, sed illa neat.

266.

Ad Penelopen, telâ textâ et re-
textâ procos fallentem.

Haut tibi teligeri nocuere Cupidinis arma :
Tela nihil penetrant, dum tibi *tela* manet.

267.

Omnia *tempus* habent, habet et sua *tempora tempus*,
Tempore qui *tempus temperat*, ille sapit.

268.

Tertullianus.

Integer et totus tu scriptor es optimus : inde
Dempto ventre, *ter* es *Tullius* ipse bonus.
Tergeminus sed *anûs* triplicis censere maritus :
Arguis hoc ipso nomine : *ter tuli anus.*

269.

Aliud.

Duxit *anum* primum sponsus : quâ morte peremtâ
Canescens iterum Saffio duxit *anum.*
Quod si, hâc extinctâ, succedet tertia : sponsus,
Dic mihi, quid fuerit ? *Ter-tuli-anus* erit.

270.

Ut *testamentum* moriens rex condere possit,
Testis ei *mentum*, sed sine *mente*, fuit.

271.

Nec *textus*, neque *lex* sine *textu* aut *lege*
probatur,
Nec bene *jejunum jus* sine *jure* sapit.

272.

Ditius in toto nihil est quàm *Titius* orbe;
In coelo sedem nunc habet ille suam.
Titius aeternum post fata meretur honorem,
Totius coetus phosphorus ille fuit.

273.

Affectas longos titulos, fastuque superbis:
Corpus ut exaequent nomina magna tuum.
Heus; tibi nè sumas *titulos*; tibi sume *titùlos*;
Omnia si *longus* sumere *longa* cupis.

274.

Tresanus.

Tres anus habuit sibi maritas
Annorum spatio novem *Tresanus*.

Annè ergo appositè vocatur ille
Et fato quasi delphico: *Tres-anus*?

275.

Tumultus. Ad aulicum.

Discrimen ingens nos, amice discernit
Amore junctissimos: soleo nempe
Aulae *tumultum* non amare, *tu multum*.

276.

Aliud.

Marcule! dum semper totâ facis urbe *tumultum*,
Annon *tu multum* semper in urbe facis?

277.

Tutelam malè praecessor tuus ante gerebat;
Tu telam filo deteriore trahis.

278.

Quid *furis* in *duris muris*? quid *puris* ibi *uris*!
In *puris ruris curis* es *pluris juris*.

279.

In malum Medicum.

Te vocat aegrotus: desiderat ille *valere*;
Mox dicit tibi, cùm nil agis, ipse *vale*.

280.

Vas pol! *vas*, *fas* est, habeat multo aere refertum;
Quod si illi non est, carcere dignus erit.

281.

A *veniendo venire Venus* de jure videtur;
Invitata *venit*, in-que-vocata *venit*.

282.

Si novisse cupis recti studiosus et aequi,
Quid sit homo *verax*? est quasi terra *ferax*.

283.

Verba-ne *verberibus*, *verbis* an *verbera* praestent?
Sanè haut immeritò quis dubitare queat.

Ut dicam, mihi quod de re praesente videtur:
Nec mihi *verbera* amo, nec mihi *verba*
dari.

284.

Ad Verium.

Ver, *ius* cùm duo sint, unum *ver* efficis,
et *ius*:
Jus das, *ver* renovas: et *ius* quoque diceris,
et *ver*.
Ver, quo cuncta vigent: quo ablato, deficiet
ius.
Jus redde ablatum, dulce ut tandem redeat
ver.
Ver nobis referes, iudex si reddideris *ius*:
Jus iustumque aderit, si *vere* *ius* eris, et
ver,
VER- nostris aderit votis cum parte sua-
IUS.

285.

De filio prodigo.

Filius argentum *est* *), argentum *est vilius*
auro,
Ac virtute aurum *vilius* esse patet.
Virtutes igitur dum spernit prodigus ille
Filius, est id quod *vilius* esse patet.

*) i. e. edit, vel prodigit.

286.

Vilius esse nequit genus escae, quam leve
furfur;
Prodigus et tamen hoc *filius esse* nequit.

287.

Nobilis a *villis* est formosissima *Phyllis*,
Si caret haec *filis*, nonnisi *vilis* erit.

288.

In signo hoc *vinces*! quidam dixisse volebat;
Et, proh! *vincebis*, dixit ineptus homo.
Ut soloecismum excuset quodammodo, verbum

Sensus divisi (*vince bis*) esse refert.

289.

Si tantum *vini*, quantum conducere *fini*;
Galle, vides, et non plusve minusve bibis,
Moratè medicèque bibis, nec abuteris illo.
Quod nocet in vino, id solus abusus habet.

290.

[*Vinosus vino sus* summo jure vocatur;
Non secus ac porcus volvitur ille luto.

291.

Num *vinum vi*, *num* moderatâ fauce bibendum
Sit; te vis ejus, cum bibis ipse, docet.

292.

Dum *violas Violanta* legit, *violata* redivit,
Dumque *rosas* quaerit, perdidit illa *rosam*.

293.

Quae *violas violis* mentem *violentius*, oro,
Ne *violer violis*: fac *violes violas*.

294.

Quid de me dicam fieri, qui quondam adolescens
Fervidus ingenio et cladibus asper eram,
Et nunc paullatim languesco, grandior aevo?
Ah! *fio lentus*, qui *violentus* eram.

295.

Vires.

Ingenii *vi res* tracta, dum sunt tibi *vires*;
Tunc *vir es*, ingenii robore quando *vires*.

296.

Aliud.

Non benè femineum statuit pro judice sexum,
Quisquis vult *vires* significare suas.
Si *vir es*, ecce *vires*, agitur tam seria *vi res*,
Tam tener in bellis arbiter esse nequit.

297.

Aliud.

Si *vir es*, ut jactas, *vi res* age, quas agis, omnes

Et *vires* adhibe, donec, amice, *vires.*
Ille *vir aes* triplex circum praecordia gestat;
Qui sua vel summâ jure tuetur ope.

298.

Aliud.

Stare tuas *vires vi res* quâdam exigit ipsa;
Arte *vir es* summâ, et cuncta per aeva *vires.*

299.

Aliud.

Vina parent animi *vires*, *vir es* inde, *vires*que.
Vi res et *vires* vina *viris* rapiunt.

300.

Aliud.

Vires interdum *vi res*, superare videmus;
Quas si sic vinces, tu quoque, Galle, *vir es.*

301.

Vir tus femineae est et aroma notabile gentis,

Quo nihil in pretio majus habere potest.
Nil mirum est igitur, quod eas super omnia
virtus
Commendat. *Vir tus*, uxor aroma viri est.

302.

Si *virtute* bonâ vis inclarescere laude,
Tum *vir tutè* bonus laudeque clarus eris.

303.

Ad Medicum.

Balsama, quae fractis producant tempora,
vitae
Tradis, et avertant quae nigra fata procul?
Heu nimis *invitè* sumo tua balsama *vitae*;
Des *ex vite* mihi balsama; grata bibam.

304.

Dat *vitam* modicus *vitis* potantibus humor:
At nimius *vitium vitis* abusus habet.

305.

Quid mihi *vitetur*, quidnam tibi, Corde;
videtur?

Vitatur quidquid *vi datur*, atque dolo.

306.

Tu *vitanda vetas*, at non *vitare vetanda*
Ipse soles: scelerum turpis es ergò pater.
Fungitur ille boni laudatô munere patris,
Qui *vetat* et *vitat*: *vitat*, et usque *vetat*.

307.

Si cupis *a vitiis* exactè alienus haberi,
Fac, tua *divitiis* mens aliena siet *).
Namque (ita me superi servent) incumbit apertè,
Quicunque incumbit *divitiis*, *vitiis*.

*) pr. sit.

308.

Hoc quisnam tumulo tegitur? nomen lege, *Vives*.
Quid, *Vives*? sat id est, gloria nomini inest.

309.

Ni circumspectè praesenti *vixeris* aevo,

Vix

Vix felix rebus, quas meditaris, *eris.*

310.

De Vossio.

Vossius est verè tam multâ *Vossius* *) arte,
Nec videt in tanta calliditate parem.
Si *vos ius* ullum, ô *vulpes*, ratione notabit,
Dicite: nostrum unus sat rationis habet.

*) Vos (Voss) denotat vulpem.

311.

De Vulpio, Musico Vinariens.

Vult pius esse suâ, quam exercet, *Vulpius* arte,
Hinc musa illius nil nisi sacra canit.

312.

Aliud.

Si quisquam harmonicâ praecellens Musicus arte
Vult pius esse suâ, *Vulpius* esse potest.

Bayerische Staatsbibliothek München

313.

Ad Inquisitorem.

Zelus, ais, pius est, cùm debaccharis; at erras:
Non *Zelus*, *coelo* judice, sed *scelus* est.

SECTIO SECUNDA.

1.

A Jove principium capiatur in omnibus
actis,
E re dux nunquam non erit ille tuâ.
I modò et absque isthoc fac quomodo cunque
periclum;
O quàm conatus frustra erit ille tuus!

2.

Sis licet excellens, tamen haut te turbidus
effer;
Affer opem miseris: et bonus *offer opes*.

3.

Quid sit *anus*? Turbo petulanti quaesiit ore,
Audiit hoc echo, moxque regessit: *onus*.

Unus apex est, quo resonabilis echo fefellit,
Caetera veri-loqua est, remque notavit acu.

4.

Ara sacerdotes in cultu numinis ornat;
Ira magistratum, sicubi fortè, decet;
Dantque *ora* agricolis tandem sua commoda in agris.
Ara, *ira*, *ora* igitur sunt velut ordo triplex.
Scilicet ut repetam, quod dixi, ac denuo dicam;
Ara choro, *ira foro*, sunt velut *ora toro*.

5.

Oro Deum supplex ante omnia, et urgeo votis,
Deinde, ut commisso munere fungar, *aro*.
Ast *uro* nullum, quamvis sit vilior *Iro*.
Et sic crescenti tempore salvus *ero*.

6.

As non deficiet, fulgens *aes* quisquis habebit:
Is poterit lautis *os* satiare cibis.

7.

Cur *ostro* tingis vestes? es percitus *oestro*?
Non *astro* quenquam purpura rubra locat.

8.

Crabro crebro cribro captari posse videtur,
Sed frustra tamen est hac ratione labor.
Noli igitur temerè cum irato belligerare;
Mille elabendi namque habet ille vias.

9.

Qui *tacet*, ut *decet*, opportuno tempore:
dicet,
Quod *docet*, ac tandem *ducet* ad astra poli.

10.

Fax scripturarum cujus non dirigit actus,
Faex infernalis huîc comedenda manet.
Vix etenim dapibus poterit coelestibus uti,

Vox cui coelestis non in amore fuit.

11.

Fax tibi salvifici nisi luxerit enthea verbi,
Faex mundi oblidet cor, subigetque tuum,
Vix emergi inde ut possit, nisi munere coeli
Vox Christi unius te revocare potest.

12.

Faex ubi me vulgi, ut *vix* possim emergere, vexat,
Fax verbi mihi solamine *vox*que Dei est.

13.

Si non sponte *feres*, ut surripiant tibi *fures*
Nummorum *vires*, claudere disce *fores*.

14.

Quae *lanam* et *linum* concinnè femina tractat,
Digna est, quam *lunam* vir vocet usque suam.

15.

Lux et *lex* et *lix* in promptu sint tibi, si vis
Tres hierarchiae consociare status.

Lux verbi, *lex* justitiae, *lix* oeconomiae
Symbolon est: quod qui servat, abunde sapit.

16.

Si *malus*, est *miles moles* et pessima *proles*;
Cui dare quando *soles*, corde gemente *doles*.

17.

Dic, quid sit *miles*? *moles* est ille colonis;
Si *malis*, dic tu, marte volente, *mel es*.

18.

Est *minus* acceptum *munus*, quod tardius offers:
Ut gratum *munus* sit, citò pande *manus*.

19.

Cur *mater*, *me ter*, *mi ter* dilecte magister,
A studiis, sodes! avocat àque scholis?

*Moter*ne et *muter*? Res haut consulta videtur.
Matris consiliis praevalet ipse Deus.

20.

Nex homini adversa : aestati *nix* : *nox*que diei :
Quid *nux*? asthmaticis faucibus illa nocet.

21.

Nex nocet humanae vitae ; *nix* saepius agris ;
Nox peregrinanti ; *nux* capiti et stomacho.
Si vivus , dives , tutus , sanusque proinde
Vis esse, haec quatuor, quâ potes arte, fuge.

22.

Toti *nex* hominum generi : *nix* officit agris :
Nox peregrinanti : *nux*que nocet stomacho.
Ergo homines , agri , peregrinantes , stomachique
Abstineant *nece* , nec non *nive* , *nocte* , *nuce*.

23.

Quem *nive nocte* peto, *nucis* hic me stipite caedit,
Sic mihi *nix*, *nox*, *nux*, *nex* fuit ante diem.

24.

Saepius est *pellex*, quâ cum me exerceo *pulex*.
Hinc *pollex* meritò me jugulare solet.

25.

Planius in doctis et *plenius* omnia libris
Excutit hic auctor. *Plinius* hinc meritò est.

26.

Res tibi sint et opes, domus ut curetur oportet,
Rus bene si cultum frugiferumque velis;
Ros vero hoc etiam foecundet. In oeconomia
Res, *ros*, *rus* faciunt paginam utramque tibi.

27.

Qui *saccô secum siccô*, *soccô*que madentem
Includit *succum*; quis nisi stultus erit?

28.

Verbi divini quem oblectat aromate *succus*,
Et *siccus* sano victus in ore juvat,
Huic nunquam deerit boreali in frigore *soccus*,
Et semper plenus semine *saccus* erit.

29.

Sanior et *senior* parvo discrimine distant:
Felix, qui simul est *sanior* et *Senior*.

30.

Ad Melch. Goetzium, Seniorem Hamburg. quondam.

Sanior et *senior* scis quo discrimine distent?
Non quivis *Senior sanior* esse solet.

31.

Da te Tito tu, tibi se dabit ille vicissim,
Tu toti te da, se dabit illa tibi.

32.

Quomodo, vis dicam, jungaris Gellia Tito,
Ut neutrum pacti poenituisse queat?
Da te Tito tu: tibi se dabit ille vicissim,
Et constans inter vos ita foedus erit.

33.

Hostem quem metuat nemo est post funera *Titus*,
Totus enim, *datus* ad sidera, *tutus* agit.

34.

Est *vanum*, *venum vinum* quod nobile praestat;
Suspensis hederis non habet illud opus.

35.

Vanus homo est, cujus pravos *Venus* occupat artus;
Quod feret hinc *foenus*? Nil nisi *funus* erit.

36.

Vanus es et frustra, temerè quicunque laboras,

Ut te deliciis recreet usque *Venus*.
Quale tibi *foenus* sit ab hac, vis scire? futurum;
Verbo uno juvat hoc dicere: *funus* erit.

* * *

37.

Dilige *amore* Deum non saltem *more* vel *ore*,
Quisquis *amore* colit, *re* colit ille Deum,

38.

Quaeris, quâ verus re dignoscatur amicus,
Heli? vis dicam? quatuor ista nota:
Semper et his caput aufer. Verus amicus *amore*,
More item, et *ore*, simul *re* probet ipse fidem.

39.

Si forsan quaeris, quâ sim ratione tuus? sum
Re tuus, *ore* tuus, *more* et *amore* tuus.

40.

Quidam tam facile Veneris capiuntur *amore*;
Ut subitò cupiant adamatae vivere *more*,
Nec curent, nè decipiantur ab illius *ore*,
Etsi se falli post ipsa comperiant *re*.]
At felix ille est, perpensâ qui deamat *re*,
Nec prius alterno deamatae pendet ab *ore*,
Quàm benè perspecto illius sciat omnia *more*,
Is demum, dico, feliciter ardet *amore*.

41.

Ampla tibi *res* sit; numen devotius *ores*;
Et *mores* habeas, Vergiliane, bonos:
Si vis ex animo tibimet succedere *amores*.
Haec est ad talem semita recta scopum.

42.

Sectaris *mores*, *ores*: vitentur *amores*:
Dicis: *amo res*: has numina diva dabunt.

43.

Infames vetitosque fac execreris *amores*,

*Mores*que acquiras, quâ potes arte, bonos,
Et summum numen votis ardentibus *ores*.
Res tibi succedent sic, velut ipse voves.

44.

Christe, tuas laudes dulci cum carmine psallit
Riste, poëtarum lauriger ille pater.
Iste suas laudes versâ vice jure meretur.
St! *e* rumore hoc nè audiat invidia!

45.

Sit *glacies* quamvis, *lacies* bene providus hostem,
Dumque *cies acies*, victor *ies*, ut et *es*.

Declinati Versus,

46.

Aurum cùm superest, emitur cum *tauro* equus, *arvum*:
Arvi cui multum superest, curam gerit *auri*:
Auro, non *tauro* decoctor, nec favet *arvo*:

Arvum cùm tamen et t*aurum*, non devoret *aurum*:
O aurum! sis suave licet: tamen utile es *arvum!*
Arvo qui gaudet, nec t*auro*, nec caret *aurô*.

47.

Cordula *cor cordis*, *cordi cor corde* ministras:
Excors absque tuo, Cordula! corde vagor.

48.

Fortuna ind*ignos* tollit, fortuna mal*ignos*,
Fortunae pl*ausus* magnos accendit ad *ausus*.
Fortunae servi, si vis, ut sint tibi *servi*.
Fortunam c*ultu*, fortunam pellice v*ultu*.
Fortuna, inque, v*eni*, fati fer *) lumen amo*eni*.
Fortunâ partâ sunt nobis omnia *sarta*.

*) infer.

49.

Fortuna in d*ira* quot casibus utitur *ira*?
Fortunae ventis nimium ne crede fa*ventis*.

Fortunae nemo bene fidit in orbis ere*mo*.
Fortunam sani metuunt, metuuntque profa*ni*.

Fortuna, ut cer*tas*, dum laeta in tristia ver*tas*!

Fortunâ vari*â* viden' ut gemit Iphigen*ia*.

50.

Sitné *forum* declinandum, quid quaeris, amice?
Ignorasnè *fori* quid declinatio prosit?
Quidque *foro* declinato vir debeat ille,
Declinare *forum* rectè qui callet et aptè;
O forum in hac vita quàm declinaris honestè!
Saepe *foro* declinato causâ cadit actor.

51.

Mors, *mortis*, *morti*, *mortem*, *mors*, *morte* redemit.

52.

Mors mortis morti mortem nisi *morte* de-
disset,
Coelorum nobis janua clausa foret.

53.

53.

Morti morte tua *mortem* moriendo dedisti,
Mors tua sit *mortis*, Christe! medela meae.

54.

Omnia *mors* solvit: sunt omnia terrea *mortis*;
Mortalis! vivo vivere disce Deo!
Omnia debentur *morti*, *mortem*que sequuntur;
Mortalis! verum disce timere Deum.
Omnia, *mors*! tua sunt: moriuntur et omnia *morte*,
Discite, Mortales, vivere, itemque mori!

55.

Georgio Remo, consiliario Norico.

Omnia jam redeunt. En profert *omnia Remus*:
Omnium et ora movet modulans Musa *omnia Remi*:

Omnibus acclamans, gratentur ut *omnia*
Remo:
Omnia, nonnè vides, ut laudent *omnia*
Remum:
Omnia, dicite Jo! tibi gaudent *omnia Reme:*
Omnibus, ecce! beor, tribuente mihi *omnia*
Remo:

56.

Adversi tibi si quid fortè obvenerit; *ora:*
Orans in manibus, quidquid anhelat, habet:
Orantis penetrant ipsum suspiria coelum:
Oranti nescit dextra deesse Dei:
Orantem angelicis turmis pia numina cingunt:
Orans, fidenter saltim, homo, crede Deo!
Orante in coelis nil gratius esse putato:
Dispeream, nisi sic viceris omne malum.

57.

Pax pacis paci pacem cum *pace* precatur,
Quando Deo ex toto pectore fidit homo.

58.

Durum quisquis amat volens *periclum*
Cur non is pereat gravi *periclo*?
Garneri redamas nimis *pericla*
Versuum moduli aleam *pericli*
Garneri subeunt gravi *periclo*.
At tu fac sine vatium *periclo*
Garneri rigidi legas *pericla*.

59.

Semper dulce fuit malum *puella*:
Et vox blanditiis potens *puellae*:
Si quis crediderit semel *puellae*;
Lusus post odiis habes *puellam*:
Et moerens ait: ô, vale, *puella*!
In totâ nihil est boni *puellâ*.
Pejores cane sint, licet, *puellae*:
Mos gratus tamen est *puellularum*.
Et stamus fide supplices *puellis*:

Et donis emimus datis *puellas.*
O felix genus, ô decens! *puellae!*
Divellet juvenes quis a *puellis ?*

60.

Quàm durum *scamnum!* quanta inclementia *scamni!*
Insideo *scamno*, toto premo corpore *scamnum.*
O scamnum, scamnum! rigido non gaudeo *scamno.*
Scamna juvent alios, *scamnorum* nulla voluptas,
Dico vale *scamnis*, aliis ego *scamna* relinquo,
Scamna, valete! malo duris absistere *scamnis.*

61.

Tunè premas *scamnum*, vel te magis, Aulice, *scamnum*
Scire aveo, scio, te premit inclementia *scamni.*

Atque a te premitur. Misero, ah! valedicito
scamno,
Et duris durum, perdurum linquito
scamnum.
O tu quàm magnum damnum das futile
scamnum!
Cui placet in rigido stolidè requiescere
scamno.
Scamna odiosa viris sunt, sunt odiosa
juvencis,
Scamnum scamnorum flectenti podice
nudo:
Nulla salus *scamnis*, lectum te poscimus
omnes,
Scamna premunt asinina asini vilesque
coloni,
Queîs lecto recubare negatum. *O scamna*
valete!
Tuque tibi a duris caveas post, Aulice,
scamnis.

62.

Sors declin*atur*, nil tam varie variatur.
Sortis opus m*ire* tot in orbem casibus *ire*.
Sorti qui cr*edit*, sors illum lubrica la*edit*.
Sortem fall*acem*, sortem liquet esse fugacem.
Sors, ô sors frag*ilis*, quibus es malè pendula f*ilis*.
Sorte fit *orator* prius arcti ruris *aratòr*.

63.

Virgo viros urit, *vigor* est cuî gratus in ore:
Virginis e facie, caveas *vir*, promicat *ignis*.
Virgini amans propior juvenis *vir* est, calor *igni*:
Virginem adi, si vis *uri*, faciet Venus *ignem*.
O Virgo, nolis uri, nubas, *vigor* urget
Virgine scis *uri* juvenis pectus, velut *igne*.

64.

Amoris conjugatio, pro felici conjugio.

Saepe tener, quid *amo*, quid *amas*, quid
amamus, *amatis*,
Significet, tremulo conjugat ore puer.
Saepe etiam quando haeret iners, aut *Tempora* nescit,
Virgarum strepitu discit *amare*, miser.
Tristis ibi est, hic laetus *amor*, quem inflectis adultus:
Non hic cum virgis, virgine res agitur.
Ludimus in ludis, hic res tractabitur ipsa,
Grammaticus nil vos iste movebit *amor*,
Nec *lectu*, verùm in *lecto* tibi *lectio* molli,
(Fac sis *perfectus*) nunc recitanda venit.
Neve in *Praeterito* labor est: nil triste *Futurum*
Cordibus accensis praestat: *amabo*, dein.

Semper *amas* in *praesenti*; quia semper
amaris,
Hoc fit *serus amor*, tempore *verus amor*.
Quis dubitet, quin sis nunc vero in *amore*
magister,
Grande magisterii mox pariturus opus.

65.

Nescio quid sit *amor*, nec *amo*, nec *amor*,
nec *amavi*:
Hoc scio, quisquis *amas*, ureris igne gravi.

66.

Verbum *Bibo*: per omnia tempora.
Tempore *praesenti* careo, nam copia vini
Praesentes animo non sinit esse sibi.
Est *imperfectum*, nam qui mera multa bi-
berunt,
Multa *imperfectè*, nil faciuntque benè.
Est quoque *praeteritum*: nam tempus inutile
potis

Praeterit, et nunquam, quae fuit, hora redit.

Plus quàm imperfectum docet hydrope debile corpus,

Arthritis, tussis, curva podagra, phthisis.

Nunc age, nunc bibulus, dic, quale sit ergo *futurum?*

Arca levis, cita mors, judiciumque grave.

Griphi musici.

67.

Henrici III. aetate Guido Aretinus notas hasce musicas: *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *sol*, *la*, ex cantico quod sequitur, mutuasse legitur:

Ut queant *la*xis *re*sonare fibris
*Mi*ra gestorum *fa*muli tuorum,
*Sol*ve polluti *la*bii *re*atum,
Sancte Johannes.

68.

Cur adhibes tristi numeros cantumque laboris:

*Ut re*leves *mi*serum *fa*tum, *sol*itosque *la*bores.

69.

*Ut re*levet *mi*serum *fa*tum *sol*itosque *la*bores

Aevi: sit dulcis musica noster amor.

70.

*Ut re*levent *mi*seros *fa*ciam *sol*amina *la*ssis.

71.

*Fa*ma *late*re nequit, *mi*cat *ut sol* inclyta virtus.

* * *

72.

In inquisitionem hispanicam Acrosticha ad Sereniss. Angliae Reginam Elisabetham.

I gnipotens sanctum cui fecit Iberia nome N
Q uale vomat virus, quàm sit male vipera tact U
I mmemor humani, divini nescia juri S
J udicia exercens quoties Minoia saevi T
I gnibus, in libro variè describitur ist O
H unc meritò, regina! tuo sacramus honor I
SP es ô Saxonidûm fidissima, talia monstr A
N oxia mille modis letho quae, Diva, dedist I
Ç ujus et auspiciis terra haec furia exulat angl A.

73.

Sex versiculi, quorum duo primi nonnisi duobus verbis — sequentes duo tribus, et ultimi quatuor verbis constant, quae simul sumta bonum habent sensum.

Exagitabantur Constantinopolitani

Innumerabilibus sollicitudinibus.
Innumeris miseri Constantinopolitani
Exagitantur adhuc sollicitudinibus.
Semper et innumerae Constantinopolitanorum
Ingenium curae debile sollicitent.

Disticha cancrina, quae a fronte retroque legi possunt.

74.

Poësis jacit honoris semina, et
Amor discendi artem acuit.
Artem animes, ibit sua laus, tibi semina metra,
Artem erosit amor, promat is ore metra.

75.

Et necat eger amor non Roma rege tacente;
Roma reges una non anus eger amor.

76.

Ira te lepide si vis edi peletari.

77.

Poësis non est de pane lucrando nostro aevo.

Metra repentè refer, mannam referetne per artem?

Metra repentè refers, annas referetne per artem?

Metra repenté refer, massam referetne per artem?

Metra repentè refer, mappam referetne per artem?

Metra repentè refers, aras referetne per artem?

78.

Nemo si diri subsis Busiridis omen,
Rara teres animi limina seret arar.

79.

Miles germanus Marti vitra dedicat.

Ore fero Marti, vi vitra more fero.

80.

Oro te ramus aram ara sumar et oro.

81.

Otto tenet mappam, madidam mappam tenet Otto.

82.

Sacco tu suberis, sanas si rebus ut occas.

83.

Invitatio suae Majestatis Romano-Regiae Sponsae in totam provinciam.

Salva subi sedes, auram, arva, sed esibus aulas.

84.

Austria, Serenissimae Sponsae Regiae.

Aura nitet, si se re verè sistet in arva.

85.

Signa te, signa; temerè me tangis et angis,
Roma, tibi subitò motibus ibit amor.

86.

Serenissimo Duci *Carolo Lotharingio*, glorioso victori.

Sit referet ramos, inniso marte refertis.

87.

Justitia armata.

Sola manu terret, terret una malos.

88.

Ut sero memores, oro sero memores tu.

89.

Verba sequentia legi possunt a dextra ad sinistram, a littera summa ad infimam, a postrema ad primam, et vice versâ.

S a t o r
a r e p o
t e n e t
o p e r a
r o t a s.

SECTIO TERTIA.

1.

Acrostichon paronymicum in coronationem Caroli IX. factum a juvene discipulo.

Caroli, cui Clarius, cui cultae cuncta Camoenae,
Aspirent altis altior, aethereis,
Religio regni recta ratione regatur,
Omnibus objicias obsequiosus opem.
Laurea lex laudes ludentes lata loquatur,
Vexillum vafrum vis violenta vehat.
Suspice sicelidum solemnia sacra superstes,
Florescat felix Francia; fac faveas.

Serenissimo

2.

Serenissimo Duci, Carolo Lotharingio, glorioso victori ob Budam subactam.

Arcum armis arces, atque arctas acriter arcem,
Arte, animis, audax, atque animosus agis.

3.

Cupienti caseum respondebatur:

Caseolos capies, costo casiaque carentes,
Cura cavet cassam consuluisse casam.

4.

Quidam ab amico ad cerasa cum ipso comedenda invitabatur; qui cum abiens non vale diceret, inscripsit haec januae amici:

Conscendi cerasos, cerasis commigro comesis;
Cur? cras conveniens commemorabo cliens.

Hic autem respondit :

Conduxi comitem comitum consortia curans;
Consumptis cerasis consociare cavet.
Cogite, clamo, cito, consortem cogite, cessit?
Cur? cras conveniet? consule culpa caret.

5.

Canum cum Cattis Certamen, carmine compositum currente calamo C. Catulli Caninii.

Cattorum canimus certamina clara canumque.
Calliope concede chelyn; Clariaeque Camoenae,
Condite cum cytharis celso condigna cothurno
Carmina: certantes canibus committite cattos,
Commemorate canum casus casusque catorum,
Cumprimis causas certamina cuncta creantes.
Currentem cupidi cruda cum carne catellum

Conspexere cati captique cupidine coenae
Comprendunt catulum, capiunt coguntque carere
Carne, canis clamor complebat compita, cuncti
Confluxere canes; conamina cruda catorum
Conqueritur catulus, captas carnesque cibosque
Commemorat; cunctis cum cognita causa catellis,
Concilium cogunt, canus calvusque culinae
Custos Castrutio cathedram conscendere celsam
Coepit, cumque canum consedit concio, causa
Communis, *clamat*, comites, commune ciebat
Consilium: coëunt crudelia corpora catti
Contrectantque canum carnes, complentque culinam.

Contemnunt catulos; contemnunt? cedere cogunt,
Corpora corripiunt, contestaturque cicatrix
Caecilii catuli conamina cruda catorum.
Conniveat causaque cadat careatque culina
Clara caterva canum? citius contendere cursu
Cum cervo cancer cupiet citiusque canorus
Cogetur creperis cygnus cessisse cicadis.
Cur, catuli! cur cessamus? conjungite castra,
Conveniant campo catti, certamine claro
Contendant cui conveniat censura culinae.
Collaudare canes cani coepere cerebri
Consilium, Ceneus cum Castilione creatur
Centurio. Cernunt catti crudele cieri
Certamen, coëunt cauti conflantque cohortes.
Callimedonta caput campi columenque catorum
Consilium commune creat, curamque capessit.

Cumque coëgissent catuli cattique catervas,
Certamen campestre catis, campestre catellis
Complacuit, currêre citi cursuque citato
Convenere canes, cum conspexere catellos
Cattorum cuneata cohors, concurrere coepit
Candida canenti cum Castilione Camauce,
Conculcata cadit clarumque cruore colorem
Corrumpit. Coëunt certamina CascaColaxque,
Casca colorato, candenti corpore Colax,
Casca Colaxque cadunt. Carus Condoque Co-
quoque
Captaneus claram cupiens convellere Callam
Conficitur. Catilina cadit, capiturque Ce-
rastus
Cumque Capo Canaus celebris commilito
claudi
Cromvelli. Cum coepisset contingere castra
Crantor corruerat cunctoque cruore carebat
Confectus cursu. Confligit Claudia coeco

Cum Cephalo, curvam Clebuli Caronia caudam
Convellit. Cum cattorum coëunte caterva
Colligeret cunctas Canape Chionea cohortes,
(Clara canis Canape campo custosque cubilis
Callimachi) coepitque canum convertere cursus
Corbulo consuetis contritus colla catenis;
Certatur, caesis colles camposque cruentant
Corporibus. Colluctantur caudis cubitisque
Cattorumque canumque cohors, celeberrima Cauce
Cum cedens campo claudo cum crure cucurrit
Coepissentque canes cattorum cingere cornu;
Currite, clamabat Caronia, currite catti,
Conficimur capimurque, canes coepere cruenti
Clauso certantes cuneo circumdare cattos.

Cernite constrato cumulata cadavera campo ;
Cernite calcantes cattorum colla catellos :
Cedamus campum canibus, causaque cadamus.
Continuo catti cedunt, cursuque citato
Condita conantur celeres contingere castra.
Cum consternari cattos, cum corde carere
Conspexere canes, conclamavere citoque
Conglomerata cohors certat contendere cursu
Cum cattis, capiunt cattorum castra catos-
que
Complures, captos coenoso carcere claudunt,
Connexis cruciant caudis cumulantque ca-
tenis.
Centeni cecidere cati, cessere cruenti
Centeni, claudit centum custodia captos :
Concinno comitum celebrantes carmine cla-
dem
Complaudunt catulisque canes, canibusque
catelli ;

Constituunt certas captivis conditiones:
Cum canibus coëat cattis concordia: coenis
Captivi careant catti, cedantque culina
Cum coquitur, cineres captent, caleantque camino
Cernere contenti completos carne catellos.
Captivi canibus cito consensere, canesque
Carcere confracto cum cattis conciliantur.
Colle cavo comitum congesta cadavera condunt
Cattorumque canumque cohors, curantque cruentos.
Complexi catulos catti cattosque catelli
Civili certant cauda, cubitisque cohaerent.
Cantatur, crudam claudunt convivia caedem,
Cunctaque composito cessat certamine clades.

6.

Carmen in laudem calvorum, conscriptum ad Carolum Calvum, Imperatorem.

Carmina convitiis ceritus carpere calvos,
Conatus, cecinit; celebrentur carmine calvi
Conspicuo clari; carmen cognoscite cuncti.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Comere condigno conabor carmine calvos:
Contra, cirrosi crines confundere colli.
Cantica concelebrent callentes clara comoena
Collaudent calvos, concludant crimine calvos,
Carpere conantes calvos crispante cachinno;
Conscendat coeli calvorum causa cacumen.
Conticeant cuncti concreto crine comati,
Cerrito calvos calventes carmine cunctos.
Consona conjunctim cantentur cantica calvis.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Cum crescit calvi capitis cervice corona,
Consortem cleri consignat confore calvum,
Capturum claram Christo cedente coronam.
Ceu crines capitis, convellens crimina cordis,
Corde creatorem, conspectat corpore coelum.
Coelicolas cives cupiens contingere cultu,
Carmina cum curis contemnit cuncta caducis;
Coeli consensum, concentum coelicolarum,
Concipiens cupidè, collaudat cuncta creantem.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Conjubilant calvi celso clamore canori,
Continuantque choro castas cantare choreas,
Conformes capiti, concordes corpore cuncti,
Complacitas cleri contendunt condere caulas,
Correpto cornu coelestia classica clangunt,

Conficiunt carum Christi cognomine chrisma,
Consociant cuneo ; conspersos chrismate coetus,
Concordes caute celebrant convivia coenae.
Consaturant Christi convivas, carne, cruore.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Complures calvos coquunt castissima castra ;
Coelica certatim celebrantes carmina Christo :
Corpore crine carent, collustrant culmina coeli :
Coelica concupiunt, cohibent curare caduca :
Componunt chartas, concinnunt carmina clara,
Catholicum canonem, certum conscribere curant.
Conculcant carmen, congestant carne calorem
Constantem castum communi currere cursu
Contendunt celeres, coelique capessere culmen.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Ca-
moenae,
Conregnant calvi, conscendunt culmina coeli.
Conspicui compti chrysea cervice corona:
Clementes censu, condunt consulta clientum
Concinnosa, cane condemnant crimina calvi.
Censorem calvum censuram condere constat
Cordatam, calvum cordatum crede cavendum
Calventem calvos caecari corpore censet.
Calvitium calvi caecatus carpere cessa;
Cessa calvastrum, cessa, corrodere cessa.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Ca-
moenae,
Conducunt calvi cuneos certamine claros,
Compugnant calvi cristati casside coni,
Contorquent, crispant celeres cum caede
catenas:
Comprendunt cirros, contundunt calce co-
matos,

Cuspide confodiunt: capulo concisa corusco
Colla cadunt, celebrant calvi clamore ce-
leusma
Commotus certare catus certamine calvus;
Conculcat, caedit, crinitos cedere cogit,
Captivos captans, captos cervice coartat.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Ca-
moenae,
Comperies calvos columen conferre cerebro:
Comperies calvos capitis curare catarrhos,
Comperies calvos caecas curare cavernas,
Chronica cum cancro ceditque cachexia
calvo.
Cardia cor carpens cessatur, cholica cessat.
Contractans chalibem, concisa carne coërcet.
Correptum capitis, cocta cervice, cruorem.
Cur complura cano? clandestina cuncta ca-
duco
Corpore confutat, collapsaque corpora curat.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Corde cavus, cirrose; cave certare creanti,
Convitiumque creaturae condicere cessa:
Condita, cuncticreans causarum cuncta creator
Constituit, curamque cavens conferre creatis,
Caetera curavit, clarum consurgere calvi
Concedens culmen: cui cedere cuncta coëgit.
Cerritus cur conlatrat clamore canino;
Condiderat calvum collapsa cucurbita coeno.
Conticeat citius coenosa calumnia cujus.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae.
Complex carnificum, corium convellere calvo
Cur censes? cordis convellit crimina calvus.
Cur censes capiti cineres conspergere calvo?
Cognoscit calvus cineri concrescere corpus.
Cur censes calido carnes carbone cremari?

Corda cremant calvi Christi concocta calore.
Cur censes calvum castrari corpore castum?
Cordetenus cunctis castratur concio culpis.
Carmine carnificans calvum compesce cavillum.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Carminibus caveo claris conjungere caeca:
Calcetur coeno, calcanda calumnia calce,
Coenosus, coenosa canens, concludito cannam:

Censebis certe censorem codice cautum.
Clarividum calvum, cui conscia caelica cuncta:
Commotum calvum circumlatrante cachinno
Clamantes, conscende citus, conscendito calve,
Condemnasse cacos confestim crimina clarant
Convitii, corrosa cadunt cum corpora carptim.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Carmina calvorum, cumulentur carmine calvi,
Conspicuo, cujus crudelis cautio caede
Constituit, Christi cultores carnificare,
Conjubilent circumfulgenti chrismate calvo
Caecato cuncti, Christi clamore citatus
Corruerat cito, confossus ceu cuspide conti
Confestimque capit conscensum culmine coeli,
Clarivido cernens conspectu cunctipotentem,
Confore cor cujus claret coeleste catinum.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Conglomerate choros, calvo celebrate choreas
Censuram celebrem calvum cambissi colendum
Comperimus, coeli consul, consulta cavendi
Crimina

Crimina consultat, coenosi cuncta coërcet
Colloquii, cunctis communia commoda censet.
Confundit cirros: collegia civica condit.
Conciliando consponsorum Christicolarum
Corda ciet, capiti corpus conjungere certans.
Cerritus celebres cesset contemnere calvos.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Crudelem calvos casso conamine cunctos
Carpere conantem compescite, crimine captum
Convitii, commentantem commenta caduca
Concito convictum caecis concludite claustris:
Calvaster censor caecari crimine captum
Censet, caece canis, cessa condemnere calvum,
Conquinisce canis confingens crimina calvis,
Conquinisce canis conlatrans carmine calvos:
Conquinisce canis, cessans corrodere calvos.

Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Concilium clarum calvorum congere caetum
Cum cernis : calvum coeli comprendito ciclum,
Culmine calvorum coeli cognoscito centrum.
Circuitu cosmi commendant caetera calvi.
Calvos consocia, candentes congere calvos,
Cynthia cessabit chryseos conferre colores,
Cornua contenebrans cedet concrescere calvis?
Collucent calvi, calvorum cassida candet
Corrutilans, coeli ceu copia clara coruscat.
Carmina, clarisonae, calvis cantate, Camoenae,
Conveniet claras claustris componere cannas
Completur claris carmen cantabile calvis.

7.

Femellas furtim facies formosa fefellit.
Fortuitò faciens ferventi furta furore.
Fur foritàs fertur fatuens flagroque feritur.

8.

In Ferdinandum I. versus sequentes componebantur:

Fernando fasces, fratris fastigia fortis,
Fortunaeque favor, faustaque fata ferunt;
Frustra foedifragi flamma ferroque ferentur,
Fervorem frangent fortia fata ferum.
Foedifragos flamma, frameaque furente feroces
Franget Fernandus, fasque fidemque feret.

9.

Alii.

Flamen felici fastigia foedere firmans;
Fernando fasces, fataque fausta fovet.

10.

Alii.

Fulcrum fidele fortium fortissimus
Fit, fratre fesso, fascium fastigio,
Felicitate Ferdinandum fulciet:
Fortuna faustis fausta, fiet flatibus,

Frustra feretur fraulentus furcifer.
Foedifragus flammae furore fervidae
Ferro flagrisque Ferdinandus fortior
Foedifragi fractum furorem finiet.
Fidem fovebit, fasque firmum fulciet.
Fastigio fasci favensque fulgido.
Flamen fovebit Ferdinandum filium.

11.

Alii.

Fascium, fastigia Ferdinandus
Firma fortunae facilis favore
Fratre fert fesso, facie faventi
Fata feruntur.
Fortiter ferrum furiique flagrans
Flamma funestis feritasque furis
Fraude frangentis fideique fasque
Foedera festae.
Finietur foedifragusque fallax
Fur, feret fortis flagra Ferdinandi,
Fortium fortes frameas feretque
Ferrea frena.

Fascium flamen, fideique fulcrum,
Fulciet fasces, facietque firmos,
Filii fauste faciles futura
Fruge fruentur.

12.

Feliciter,
Feliciter, Feliciter
Foedus Flammeum
FERMANNO - HAMMANIA:
NUM.
Faustum, fortunatumque faciat
fractuque firmissimae felicitatis
fabricator fortunae farciat fun-
ditus flagitat FERMANNUS
28 Februarii 1681.

Fortassis funus foenus, Fermanne, fatere
Fiet! fomentum femina fausta feret.

Fortunam firmam fidei ferrumine figet
Fons formica focus fabrica fida ferax.
Fucatam faciem fugiet, falsique fenestram
Franget felici flamine. Fama foras
Fel fulcrum fraudis findet, firmoque favore
Flores fortunae, fertiliorque frutex
Florebunt, fusus facilis, frontemque fricabit,
Fila frequens faciet, forma fodina, fluet.
Frigesne. Flammam fornacis fortè fovebit,
Fomite flagrabit; fata futura frugi
Fiat. Filiolis faveat, funesta flagella
Fautor fidorum frena famemque fuget.

* * *

13.

Sub muro urbeculae Hispãnicae, a Gallis dirutae, septendecim F. lapidi incisae inveniebantur: quae circa annum 1650 factae, et ad bellum cum Philippo IV. Hispan. Rege et Imperat. Ferdinando III. gestum respicere credebantur. Earum sententia haec fortè fuit:

Filippi Ferdinandi Fusi Fugientes Flebunt, Filippos Ferdinandos Francia Flocci Faciet, Filipporum Ferdinandorum Felicitati Florentes Franci Finem Facient.

* * *

14.

Mala *) mali **) malo meruit mala maxima mundo.

*) contractè, pro : maxilla. **) Adami.

15.

Maxima multa minax minitatur maxima muris.

16.

EpitaphiumMariae etMagdalenae, Filiae Viennae in Austria.

Maximo mirabilique motori mobilis, magnaeque machinae momentanei mundi, mortaliumque moderatori mancipatum. Miraculum mulierum minimè malitiosarum, matrona morigera, mariti ministra, moderata, mansueta, munifica, morata. modesta, mitis materfamilias, Maria marita mea mellitissima mero metu, medico malo morbo mederi metuente, meaque Maria, Magdalena mollicula mamma minus matura moriuntur;

(miserandum) momento manè morte minimè matura, mihique multum molesta, misero me marito magno moerore moestitiaque multum moto, multatoque mansione moesta mole molesta manente. Migrarunt! mallem me mortuum! magnae matri monumento muscoso mandavi moestus mortuas molliter. Magnum mortalium mundique motum mortisque mortem moramini. Memoriam minimè mortalis manebis manes meritó.

17.

Cúm Pontanus, poëta celeberrimus, praelectiones quondam habere gravaretur, novem P. inscripsit januae auditorii. Sententia haec est:

Petrus Pontanus, Poëseos Professor Publicus, Propter Pocula Prohibetur Praelegere.

18.

Parnassi fructus.

Praemia plura parat Pindi petra pulchra poëtis,
Pennae Parnassi pervia porta patet.

19.

In puerperio defunctae.

Plus portare parans, puero prodesse putando
Pulchra parens peperit, proh? pariens periit.

20.

In podagrae triumphum.

Pontanus, podagram, pompam, Paeana poëta,
Personuit pulchrè: pulchra podagra parens.
Plectra podagricolae percurrite, psallite Paean
Pangite, post praestat ponere ponè pedes.
Praelustris podagrae praeludia pulchra poëta
Praecinuit: patiens pangere plura potest.

21.

Historia Joannae Papissae, quae in platea peperit, ortum dedit versibus sequentibus:

Papa pater patrum, papissae pandito partum.

porro: 22.

Papa pater patriae puerum peperit propè portam
Pontificis Petri, proh! peperisse pudor!

item: 23.

Papa pater patriae peperit papissa papellam
Pro porta Petri; proh! peperisse pudor!

24.

Etiam sequens oratio artificiosa conflata est in factum illud:

Papa Pariens!

Publico prospectui palatium procerum pro proceribus parare procurans, plurimorum praetereuntium praejudicium praepo-

sterum percipiens persentiscet, plebejo popularique proclamatur proverbio. Prodiens propterea publicè peroratiuncula perquam Pueriliter prolatâ perexigua parumque phalerata, praejudicia pradictô pactô parum probantium propè paria, prout per parietem proloquerer, praesens prospicio, Polydamusque primus, proclamatione proverbiali, projiciet probrum. Propterea peramanter peto, perlecture peroratiunculam parvulam, preme pollicem, percipe, perpende, prorâ puppique persevera, paucissimis, per palaestram parum politâ, praetexatâ, purpuratâque peroratiunculâ, plenis praetermissis, pugilis puroque pectore praeterita pueris populoque perspicua pronunciabo, propriâque pingam picturâ panegyrin pontificiam. Papam porrò Pseudochristum plurimi Prophetae prius prophetârunt prostibulum puti-

dum Pharaonemque Phlegethonte perurentem, per pagellas praedicationis publicè passim proclamârunt, Papamque praegnantem pneumate pravo pelliciente prodituru pronunciarunt. Praxis Papae praegnantis profectum plane peracta probavit. Propterea Papistae praestigiis pneumatis pravi perditi prae pudore pudefacti, Papam peperisse pernegant; Purorum praedicatorum probrum putativum Papistis per panurgiam propositum projerant. Pluribus proinde perstringere pedem proferam; perque polyhistores Pontificios proprios παν]αωλοῶν pluriumvè permistorum pacto, problema propositum probabo, pervicaciam petulantiamque Paparum prehendam, peniô persolutô perfectissime patratum pugilis pedibusque praemonstrabo, pollicentis promissa praestans pernegata per papistas pulmone propellam pu-

ris putis propositis propositionibus praetenta pro palmario praedivite putabo.

Plancus Passavianus pennâ prodit proferens: Plusicharius πενιλέιριτος *) puella primum Pritannica, pudica propriè praenominata, paucioribus Polycharia, postea propter proclamationes professionis prodoctae praestantissimas pro persona pueri producta, putata, Pontifex primarius proclamatur. Postremo per presbyterum privatum patremvè purpuratum, prodiaconum plerique pronunciant, praegnans prae processione publicâ pomposâque patre permittente potentissimo propter plurima portentosa pontificiorum peccata prout protervia Probrum praecedit penes portam praedicatorum Petri

*) Plusicharius VIII. Papa.

Pauli perviam; parturiens planctu plane periit. Pro posteritate perpetua Paraemia praeclara passim propterea praedicatur; Praedictae Petri Pauli portae praefixa: *Papa peperit puerum penes portam Petri Pauli.*

Posterea per pontifices posteriores perpulchrorum propugnatorum procorum papisticorum persuasione prae pudore praecepta pneuma praeterea perditum publice prae processu plurimorum patrum purpuratorum papisticorum, parochorum, pastorum, presbyterorum prodiaconorumque praesentium proclamavit:

Papa Pater, papissae pandito portum:
Pravum parebit, patratum parebit.

Platina Pontificum pictor pennâ prosopopaicus praecipuus propalam profitetur prae-

scribens puellam prostibulam putridam pontificatum petiisse, petitum potitum, potitum possedisse; perquam paucissimi polyhistores perscriptoresque pro Pontificibus pugnantes partum Papae peractum, praeter porcos pontificios papis palpum protrudentes pernegant.

Polemicus Polonus Polyhistor pastor pontificius, poenitentiarius Papae Plebivictoris *) post priorem posterioremque proximus pariter propulat, proprieque profitetur praescriptô proponens pactô: Puella pontificatu potita, processione publicâ prodiens, palam prae populo puerulum peperit, post partum puerulus puerperaque pariter perierunt.

Propterea

*) Plebivictor III. Papa.

Propterea posthac pontifices publicô proclamandi, pace pia praedixerim, pudenda propenda propendentia patres purpurati probe perspecta pertingunt, probant, pronunciando proclamant: Pontifex proprie Pater populi pacem peto publicam, propter pudenda procera procreatur.

Pontifices posteri plerique propter procreationem puerorum puellarumque plurimam prorsus probantur, propterea pace praedicta publica pudendorum prospectus posthac projicitur.

Paulus Papa post primum posteriorem-que proximus *), propter peracta pravissima praevaricator percelebris proclamatur per poëtam probe pernunciantem:

*) Paulus III. Papa.

Papa, per pravam pereas peractum;
Papa, perpetras probra plura Paule
Paulo praetendis proba, perficis post
pessima Papa!

Praedictus Papa Paulus *), potiusvè phaus, piger pravitate pollens, prorsusve perversus, pentagulosorum postremo pentagulô praetermissô pileorum participes porcos progenuit papales **), postremum parum propugnaculum, perditosque pro placitô praecipuô plausuque primario probavit, post parthenium partum.

PaVLVs pontIfeX porCos proCreat papIstICos popVLos prIMates pLebeIosVe pLane perVertentes ***).

*) Papa Paulus III. progignit porcos.
**) Papalis πενλεγωνίας.
***) 1540. porcorum papalium procreatio.

perinde :

Putrida, proh, pomus producit putrida poma! Propterea princeps Palatinus prorsus piissimus, praedictos progrunnientes porcos papales, Phlegethonti probatos percharosque pia pervertentes pectora, praenominavit, proba prius pace petita, pediculos pudendis propendentes, picem praesentantes, pauca primum, plurimâ postea prorepentes propagine; paresque pronunciavit petulis pagellisvè propter plurimam pecuniam prosequendam, perdendamve potius, paratis; Pontificem perditissimum praedictum Paulum, praevaricationis pullum, postremo papali propugnaculô probati propositique, pugiles percelebres, prout Plutoni placet, pro pontificatu, pontificiaque professione pervicaciter pugnare parati, praebendas publicas privatasque praeripientes.

pernicies praesulum, pestes principum, puerorum, proditores patriae, polypragmones, principum, primatum populorumque perquisita perscrutantes, postea Papae percellerrimè prodentes, praedicantes, Puros prementes persequentesque prodigiosa pravè perpetrant: Porphyrione pudiciores pudicitiam praetendentes paucissimam praebent. Praeclara praeconia praedictorum porcorum papalium pluribus protendere puto, propterea, perlector perbenignè peramanter precor perlegendo perstes, pusillum, perlecta plurimum proderunt postpositoque periculo placebunr.

*) Profectô Pontificii plerique praesunt prorsus perditi, pravissimique prostitutores

*) Praeconium porcorum papalium perpulchrum.

pudicitiae, pepones pessimi penicissant, Pontificibus pugillos porrigunt, principatus Phalaridis, Pelopis pecunias, Pactolique peculia possident; peramplas promissiones pollicentur, probationem pleno pede praetereunt: Phrynondâ posteriores plausibili peroratione plebejos perlinunt: praeceptorum priorum populo per Pharaonem praesuffocari petito praescriptorum praevaricatores, prohibita perpetrantes propter praedicta praecepta prostant porci: perfidi, perjuri, profani, parricidae, percussores, procaces, polyharpages, proditores, petentes, prurientes: praeterea Parthi plus potantes, plus potare poscentes, pergraecantur pollucibiliter; Philavti, Polypi, protervi, petulantes, pervicaces, petulci: porro partim Patroclô parciores: Ptolomaicam pugnam poscentes post principia positi pugnant:

pediculi Platonici Psyricè patrata percelebrant, pededentim philosophantur; Physcone proterviores : πυρπαλάμοι Protheive praestigiatoresque, Phoenicia phantasmata proferentes, purpuratasque pollicitationes, Pallenicum prospiciunt, Peliamque percoquunt, prout poëta profert :

Plurima promittis praesens, paucissima praestas.

Pollicitis pauper pauca parare potest.

Pulcrum pànem pinsunt, pravissima perficiunt : priusquam pinsuerunt, panem porrigunt : Praepostere pleraque perpetrantes Patroclum praetexunt : Phagones, paphlagones παλευζία praeludiave praefingunt : Proci Penelopes plicidissantes : πομπέυειν probaque projicere promti : πλωχόμυσοι πιθηκίζειν pauperes peroratores praepostere

praevenire proni: περιαυλόλογοι propriaque praeclare praedicantes, praeter paleas parum praestant: Principes proceresque piscinarum, pugnum petunt pedemque porrigunt; potiusque pro pede pulices, pravissimaque permulta, perutilia paucissima, perniciosa plurima promunt: Papam pharum polo pollucibiliter praeferunt: Palmam Plutonis prae polô praecipientes Phlegethontis pilam possident: Pellenaeum pallium perversè protegunt: pacta Phoenicum peragunt: Perforatô poculô potantes, pontifici peracta penitus perscribunt: plerique propter pravitatem Platonis pactô platonissant, parvoque provocant: pontificalia prandia peramantes patrant proterviam: pyli prae pylis postremique phoenicissantes palamedeos proventus, παλαίσμαλα potius,

peractaque perperam, praevenientiae, perversissime perficiunt.

Pape! praedicatores pulchri; phagaedenae pulchriores; pythones pulcherrimi; priamissantes patresque praecipui, pueros parientes! Polonia passim privatis peregrinisque partum progenitum publicè profitetur: propterea patres parturientes, propudia populi, prostibula putida propulsa profligavit: plataga populum probantes, pietatem praetendentes, pietate per Plutonem privati prorsus pauperrimi perstant: porci proinde pingues pontifici perpetuo permanent pergratissimi; potatores pergraecantes Phoebo praelucente, Proserpinaque prodeunte pariter praestantissimi; propterea Plutoni perplacent: pravitatem propagare pergunt: pupulos pelliciunt postea plane perimuntque:

pherezaei Pura pragmata projicientes, Pharisaeorum pactô pontificia parerga proponunt; populos praetextu purgatorii prorsus pervertunt; prout pontificio proposito prodest: Papae potentiam passim proclamant, pontificem patresque purpuratos proclamando provehunt proinde plurimum promoventur: polus promittitur; palus, pluto, pneumata prava Phlegethontisque praemia porriguntur: praeceptores porcini praedicti pessimi, pueris, puellis, plebejis proceribusque persuadent, protinusque persuasos pervertunt. Porro praeclamantes praenominatos Papales pluribus perstringere, prout probe peragi posset pro placitô, praetereo, properandum potius puto; pluresque Papissae partum praescribentes producere pergo.

Palaeus phalanx poli polyhistor plurimos papas pingens, perstringendo praefigurat: Papa praegnans partui proximus processione publica prodiens prae purpuratis patribus, pro episcopis, praesulibus, parochiarum praesidibus praefectisque parochis, pastoribus, prodiaconis, praecentoribus, primatibus proceribus praecipuis, populoque publicô prospiciente per partum palàm plane periit. Papa prognatusque puellulus pariter pereuntes pulverem pergustarunt. Peractum pontificale puerperïum parasiti perfricti propter Petrum primum papam politiae Pontificiae perperàm praedicatum pernegare possunt? Pfy Pluto, pugione pariter perimantur; potiusve patibulô propendeant, pecudique plumariae pro pabulô projiciantur! perlegant propterea pontificii porci praedicti, profectò penitus perspicient propudiato per-

spicillo propriissimè perpetrata. Proferunt Polyhistores, proponunt polychronica, profitetur puerperae prospectus peractus. Porro Papam praegnantem parturientemque paedagogam praecellentem, pontificii proclamantes permulti projiciunt, propter partumque pudefacti planè pernegant.

Plusicharius Pocatius pagellis praeconii puellarum pro puris putis peractis promit praedicans: Papa posteriores propter Papissae partum, plateam parturientis processus peracti prorsus pro piaculo praeterire; praepinxit proinde picturam partus Pontificii, praesentibus patribus purpuratis praesulibusque partum pugillis porrectis percipientibus. Praestant praenoncinati Plusicharii Pocatii pagellae plurimae partu Papae pictae. Papae partus potissimum peragebatur permissu

potentissimi protectoris patris primaevi, polum pontumque praeparantis.

Praesul Pergursensis polyhistor pontificius profert: pontifex processione plateam parturientis Papissae prudenter praecavens praeterit: praeterea propter peccatum prius papissae partus perpetratum, papae posteriores proelecti, pompâ percelebri praepositi, per pedile, potiusve per plebejos peram pronunciatum panckium, perforatum pace publicâ potitâ, pudenda procera prope podicis posteria praeeminentia pertangenti prodiacono postremo porrigunt, proclamaturque: papa, prosecuta prius pace publicâ praedixerim, per pudenda pertracta, pontificialiaque parva parata (proh parva! pontificialia potius praecipua, probata, procera, protensa, prurientiaque) pater propriè proboque pernoscitur.

Postremi pontifices per plurimam procreationem puerorum puellarumque patres peroptime probantur praetermisso pedili, pontificialibus parvis, proceris potius protensisque perspiciendis, propterea praeparato.

Philippus Pergamensis prodit: Publice papissa Plusicharia, penuria puellarum partum promoventium periculosè peperit, prout parturientibus provenire pertingit, perinde poëta probene profert:

Per partum patitur praegnans proh! plura pericla,
Post partum pascit puerum, praebetque papillas.

Porrò praedicta Papissa parturiens progenitusque puellulus pariter postea praerepti perierunt pompâ peremptionis prorsus praetermissâ.

Petrarcha profert: Papissa Plusicharia per paedagogum praegnans processione populosâ prodiens plateâ publicâ peperit puerum: propterea per polyhistores pontificatu, probrum pontificibus putantes privatur.

Praeeminens Pontifex Pius post primum proximus pro purè peractis praescribit Papissae partum; peraddens paremiam pneumatis pravi pronunciatam, Paulo prius prolatam. Praeterea papae plurimi, prout polyhistores proferunt, perversi populos placatos perturbando premunt, principes pacatos perimunt, propria peculia prodigunt, proxima praedia poscunt, prehendunt, pervorant, propolaeque permanent publicorum patrimoniorum, praeparantque plurima, post pusillum palin perdunt. Propterea probè passim pronunciatur: Pravè parta, pravè pereunt.

Palmerius publicè papissae partum praedicat, pergitque proferendo: papae pecuniae pro pascuis, pratis peramoenis, palatiis procoris, piscinis praestantibus, piscibusque pretiosis proemendis paucissime, pauperibus praemiis porrigendis praecipue parcunt: pro pretio petrum pulsantibus polum patefacturum putantes, praecipitanter potenterque propellentur.

Pelagius Pontificius praescriptor polyhistoricus praeclarissimus probe perbelleque proclamat: Papa puella Pontificatui praefuit; papula perspicitur, potiusve parvulus papa puerperae praesentes plerosque perterrefaciens processionem publicam pestilentem putidamque parans. Pernegant proclamantes Pontificii porcique praedicti Papistici partum? proh pudore privatus prorsus peribit?

prout probè pronunciatur: Pudorem paulu-
lum praetermittens, pravus protervusque
postea perpetim praesumitur.

Polydorus Pontifices perscribens pro puris perpetratis Papissae partum proferens proclamat: Papa puellaris patre potentissimô prava producente punienteque pro publica processione prodiens puerulum peperit praesenti populo: postea partus papaque parturiens pariter periit, propterea planctu pompâque populi publicâ privabatur.

Plusicharius Pistorius pseudologicus, patris piissimi proles pessima, perditissimae pravitatis phurno pessima pinsens projectaeque probitatis phucum pingens, pernegat Puram, percepit pontificiam putidam professionem, paludis perditae phlegethontis plonationis perpetuae principe praecipiente: prout plu-

rimi

rimi praeterea pro papatu pugnantes Papae partum pernegant praeter puritatem polyhistoricam productam. Proh pernegare potestis Papistae, praedicta per praeclaros polyhistores praescripta? Pfy pecora papissantia, putidissima prostibula?

Proclamantes Papales praenominatos porcos pileolis parvis protelatos protectosque puto. Porci papales praecipiendi propensi praecipite patratu proclivia: Purgate Papas, perpurgate potius posteriora Paparum; praelibantes pulvere porcinô perimbutas pedum plantas, pergustate probè, pacem peto publicam privatamque, podices pontificiales perlingite pervorateque penitus, protegiteque pernegate praedicta propriè peracta! profligate pueros plagis: plagae porro pariunt patientiam; patientia probationem; probatio

perseverationem ; perseveratio propter persecutionem profectô pios praeservat, plurimumque prodest : Proscribite pueros , prodite , prodite , prohibite pabulum potumque pontum, Phoebumque properate, pellite, pertundite, prosternite , projicite , perurite , perdite , perimite ; parvè pilique pendimus : Polus patet, Puros professione perseverantes percipiet : pristina praesepia Pausone pauperiores , parvi pariterque proceri , proceres pauperesque petetis, paupertate perspicua perpetuaque perplexi prememini ; praemia plagarum perpetuarum praecluso polo percipietis , propter Petrum piscatorem , poli procancellarium , pontificiumque patronum primarium putativum , peregrè profectum , piscinas pervagantem , piscesque promptè prehendentem, procul propellemini. Plaudite perridentes Pontificii porci , postea

perpetuas phlegethontis plagas patientes, pice pessundati pessimè plorabitis. Prospicite, providete, praecavete, praedixi: praemonentis paries permanet.

Plura proferre, parque pari, prout probra prava pontificii porci praedicatoribus puris perversè passim profundunt, pensare possem; pietas pudorque potius prohibet: propterea parcissimè pleraque protuli; praemeditata probe perspice, perlector piissime, pieque prolata puro pernosce pectore, partum Papae prodigiosum per polyhistores productum perlegens, pura puta peracta prehendes. Proinde perpetuo piè precabimur:

Pater potentissime, prognata Pantocratoris primaevà, perennisque proles praeclarissima, pneumaque planè piissimum, pectoribus praebens patientiam, precamur pectore pla-

cidissimo, pellicem purpuream, poculum perditionis populis propinantem, pseudo-prophetas personatos, placidaque pelle pro-tervè praevelatos, praedicationem patris primaevi pectore pio praeclarè prolatam, philosophicis progymnasmatis praemetientes, protheos, polyposvè, polypragmones pro principum placito pristina permutantes, portentosa, perplexaque paradoxa, putidas-que propositiones probabiliter pronunciantes, prorsusque pertinaci, praefractô, pervicaci, perversoque pectore propugnantes, praestigiis phaleratis plebeculam perastutè persuadentes propelle, perverteque papales phantasias prorsus pravissimas, potiusve Plutoni prae-mitte perdito Papismo perplexos, prehende punique purgatorio perenni, propter perse-cutionem peremtionemque purorum piorum-que pectorum: Palinodiamve praedicti prae-

einant praesta : praedicatores protege puros : prohibe plagas pestiferas ; prome pietatis praemiolum , Pater potentissime , polum perpetuum , propter parthenium partum , passionem , polique possessionem prolis primaevae , prognati promissi praestitique principio progeniti , perpetuoque permanentis peragatur perfecto profecto.

Pauciſsimis porrò propter poëseos peramantes philomusosque praedicta per periocham prehensa , poëmation parvulum propitio Phoebo proponere placet ; proinde perlegendo perseverare , perhumaniterque percipere placidissimo pectore peto.

* * *

25.

Proemation :

Praecepit Phoebus papis perplangere plectra ;
Promptè perspiciens percipe, plaude precor.
Proh Papam pudeat parvum peperisse puellum !
Porta Petri Pauli publica probra probat.
Porcorum pactum pudeat proin pergere ; Papae
Perjurans peragi posse puerperium.
Probra puerperium Papae peracerba paravit
Papis perpetuô putida prostibula !
Post hoc per patefacta probatur Papa pudenda
Prendere paparum prava pudenda placet.
Pravis prostibulis proh pontificalia parva
Perplaceant, pueros, praemia percipient.
Pignora percipiunt patrando plurima Papae :
Praemia papatus proinde parare placet.

Prendere Paparum pudeat phantasmata prava!
Placabunt precibus pectora pura patrem.

Proh pudeat Papas pervertere pectora pura!
Proponit Pluto praemia plena picis.

Proh Papae poscunt prorsus propellere pacem,
Praelia perverso pectore prava parant!

Proin Plutô perdet Paparum pectora prava;
Papistae pereant! pectora pura probo.

Poscemus pacem: promanant plura pericla,
Per pugnam: patriae pace parata placent.

Praelia prava procul; pacis perarata precamur:
Praemia pax promit, plurima paxque parat.

Pax pugna potior: per praelia prava pericla
Proveniunt: prosunt pace parata piâ.

Praemia portabunt praestantia pectora pura:
Praemia Paparum passio, perditio.

Plutonis Pylades, purorum pessima pestis,
Papa, perit potans pocula plena pice.
Porci papales poti Phlegethonte peribunt,
Pignora Plutonis Persephonesque proci.

Papa polum perdit, piceam potatque paludem,
Persephonem peramat, pectora pura premit.
Pergratum psallunt Patri paeana Potenti,
Pulchrum percipiunt pectora pura polum.
Proinde pater posthac pie pectora perde:
Paparum porcos, proh, peto pelle procul.

Propter Papiculas patientia pectora praebe,
Pectora Paparum perdeque prava precor.
Pelle procul prorsus Papae phantasmata prava
Pectoribus puris porrige, prome polum.

* * *

26.

Paraenesis pia :

Puri proin persistite,
Preces pias perfundite :
Papae patrant, proh! pessime,
Prorsus petentes pergere
Periculosè pascere
Per pabulumque perdere :
Poscunt pios praecidere
Possunt polum promittere
Plutona post progignere.
Puros potenter protege,
Praebe polum, Pater pie.
Plutona, proh! papisticae
Professione porrige
Perire poscenti pice.
Percepta Perlector probe
Probare plaude perbene.
Perge probare
Parce probrare.
Peroravi.

27.

Pugna Porcorum

per

P. Porcium, Poëtam.

Paraclesis pro Potore.

Perlege porcorum pulcherrima praelia Potor,
Potando poteris placidam proferre poësin.

Potentissimo
Patrono Porcianorum
P. Porcius Poëta
Prosperitatem precatur plurimam.

Postquam publice porci putamur, praestantissime patrone; placuit porcorum pugnam poëmate pangere, potissimè proponendo pericula pinguium praelatorum: pugnant pigriter pusillanimes praelati, propter

pinguedinis pondus; porro potentius porcelli
pauca proceritate perpoliti: propterea placeat
precor puerile poëma perlegere, porcorum
porcellorumque pugnam propositionibus pi-
ctam paribus, peripraepostere.

Ad Lectorem.

Potando pugnas Porcorum perlege potor,
Petendis posuit praemia porciolus.
Porcorumque procul propellam praelia planctus,
Persuadent propter poëmata percinere.
Perdocuit paucis porcorum pulchra Poëta
Praelia, perlecto plaudite porciolo.

Prologus.

Praecelsis proavis pulchre, prognate patrone,

Pectore prudenti pietateque praedite priscâ,
Praeter progeniem, praeter praeclara parentum
Praelia pro patria, pro praesulibusque peracta,
Pleraque pro populo proprio perfecta potenter
Pellucens probitate, potentique prosperitate,
Proposito praesente petens plerumque peritos,
Proptereaque probas philomusos, perseque-
risque
Parnasso potos, precio precibusque poëtas.
Postquam percepi puerile placere poëma,
Praecipue propter praescripta proœmia pugnae
Porcorum, placuit parvam praefigere pugnae
Pagellam, porci prodentem proprietates
Plausibiles, pinguem patronum promeruisse
Pectore pinguïculo, pol promeruisse poëtam
Pingui porcorum pingendo poëmate pu-
gnam.

* * *

Propositiones pugnae.

Porcos pistorum pergunt prosternere pugnæ
Porcelli, pasti plantis per pervia prata.

Pugna.

a) Plaudite porcelli; porcorum pigra propago
Progreditur, plures porci pinguedine plen;
Pugnantes pergunt. Pecudum pars prodigiosa
Perturbat pede petrosas plerumque plateas:
Pars portentosa populorum prata profanat,
Pars pungit populando potens, pars plurima plagis,
Praetendit punire pares, prosternere parvos.

Primo porcorum praefecti pectore planô
Pistorum porci prostant pinguedine pulchri,
Pugnantes prohibent porcellos, ponere poenas

a) Processus porcorum ponitur.

Praesumunt pravis; porro plebs pessima pergit
Protervire prius, post profligare potentes.

b) Proconsul pastus pomorum pulte perorat,
Praelia pro pecude prava prodesse; proinde
Protervire parum patres persaepe probasse,
Procorum populo pacem pridem placuisse
Perpetuam, pacis promi praeconia passim.

Pro praecone pié pacis per pondera plura
Proponente preces: prudens pro plebe patronus
Porcus praegrandis profert placidissima pacta.

c) Pacisci placeat porcis, per praelia prorsum
Plurima priscorum perierunt pascua patrum,
Praestat porcellis potiori pace potiri.
Praestat praelatis primam praebere palaestram,

b) Propositio proconsulis.
c) Placidatorum pacta proponuntur.

Porro proclivis pugnae plebeja protestas
d) Praelia portendit, per privilegia prisca
Proponens, pugna porcos potuisse potenti
Prostravisse pares, per plebiscita probari.
Porcum pugnacem pecudem: praeclara potestas
Pendet per porcos pugnaces, pergite passim
Perdere praefectos, porci properare pusilli
e) Perdere puinguiculos, praefectos praecipitare,
Pigritia pollent praelati perpetuali.

Postquam plebs pertaesa potentatus penetravit:

Praecipiti pede porcelli petiêre pusilli
Pugnando properare prius, pessundare patres,
Praestituunt personatos praecurrere porcos,
Propugiles: porro plenum pinguedine putri

d) Praelia portendit.
e) Propterea porcellorum penetratio.

Praeclarum porcum pistrino pinsere panem
Praecipiunt, per posticam, per pervia portant

f) Propterea properans proconsul poplite pronô
Praecipitem plebem pro patrum pace poposcit.
Persta paulisper; pubes preciosa, precamur
Pensa profectum parvum pugnae peragendae.
Plures plorabunt postquam praecelsa premetur
Praelatura patrum, porcelli percutientur
Passim, posteaquam pingues porci perière.
Propterea petimus, praesentem ponite pugnam
(Per pia porcorum petimus penetralia) posthac
Praelati poterint patrata piacula parce
Perpetrare, procul postponite praelia parva

f) Preces Proconsulis pro praelatis.

Prae

Prae praelatorum poenis patientia praestat.

g) Plebs porcellorum pariter praecone parato
Porcis praelatis proponit particulares
Pacis particulas: pateant praesentia pacta
Porcorum populo, porcorum posteritati.

Principio petimus praelatos perpetuatos
Postponi, propter pia privilegia patrum,
Porcellos patuit pariformi pondere pastos
Porcis persimiles porcos praestare pusillos,
Propter pulmonem, propter penetrale palati.
Pars parvi porci prunis plerumque perusta
Principibus primis portatur, porro putrescens
Porcorum pectus pulchri pinguedine plenum
Projicitur passim: partim pro peste putatur.
Propterea porcis praelatio praeripiatur,
Pergite porcelli praefecto praecipitare.

g) Propositiones porcellorum particulares.

h) Pro praelatura porci pugnare parati
Prosiliunt, pars prata petit, pars prona paludes.
Prodit praecipuo proterva potentia plausu,
Porro porcelli pulchrè per prata perurgent
Pinguiculos properare procul, penetrare parati
Per portas patulas: porcos perfodere pergunt,
Prosternunt; pinguedo potens prohibet properare.

i) Propterea pacem proponunt; parcite porcis,
Porcelli posthac potiemur pace perenni.
Propterea pulcher porcellus praeco politus
Prospiciens patres pronos peccata profari,
Prospiciens positos praedâ, positosque periclo,
Propositum pandit. Pacem perferre potestis

h) Posteriorum pugna.
i) Porci pacisci petunt.

Parcite praelati, procerum pondus puerile,
Perdurare parum propter plerosque putatur
Perfringunt pacem penitus post pacta peracta:
k) Ponite pro pacto pignus, proferre potentes
Pro pacis praxi; potiora pericula pensant
Porcelli: portent pignus; pax pacta placebit.
Princeps porcorum propria pro plebe pedestris
Procumbens, pene perplexus, praelia propter
l) Pestiferi populi, promittit praemia pulchra.
Pultum pomorum, propinam pulvere pisti
Pastilli, partem placentae posterioris,
Pocula profundae perquam pretiosa paludis.
Porcum praegrandem placidô pro pignore praebet,
Promulgans plena porcellos proprietate

k) Praeconis propositio.
l) Profertur pignus pro pactione.

Praefecturarum posthac pertingere palmam.
Porro porcelli pinxere prooemia pacis
Particulis paribus: pareat pax posteritati.

m) Porci praelati placido pacto pepigerunt
Perpetuam pacem, posthac praecedere parvos
Porcellos, porcos putri pinguedine plenos,
Phas posthac porcis passim pugnare pusillis
Pro pomis putridis, pro partis posterioris
Proventu pingui, poterint purgare plateas,
Prolixe poterint pomaria participare,
Partiri praedas, patulas peragrare paludes:
Proclamaturi porcelli pectore pleno
Postquam praeripitur porcellis per peregrinos
Postquam percipiunt pede prendi posteriori.

n) Plaudite porcelli, plebes pretiosa, perenni

m) Particula pactae pacis.
n) Pompae porcellorum post pacem peractum.

Parta pace, parate procul praeludia pulchra,
Pompas praecipuas, proscenia publica palmae,
Purpureos pannos, picturas pendite pulchras,
Progeniem priscam porcellorum perhibentes,
Priventur platani, priventur pondere pinus,
Porcellis passim pomaria prostituantur,
Palmarum prorsus plantatio praeripiatur,
Pendula pro pacta portentur pace parati
Palmarum pilei, procedat pulchra propago
Pacificatorum porcellorum penetrando
Planiciem patriae, passim peragrando plateas.
Plantae pro pedibus plateatim projiciantur.

Portetur per praecipuos praeco per-
amoenus,
Pacis perfector, promat praeconia pacis
Publicitus, prono procumbant poplite porci:
Porcellos patriae patronos profiteantur.

o) Porro praecedat potu pincerna paludis
Pocula propinans plenissima, pabula praebens
Pulmenti putris pro proprietate palati,
Pro praecone potens paleae pistura paretur,
Procluvies pepli polluti, portio pinguis
Pleni potoris promentis particulatim
Pocula praesumpta, praegustatos patinarum
Pullos, perdices, pavos, porcos piperatos.

Praeterea patriae per prima palatia perget
Persuadens populo porcellorum pietatem.
Plaudant porcelli, portent per plaustra patronum
Per patriam patulo progressu perspiciatur.
Pistorem porci prope pistrinum patiantur
Perpetuas poenas, praeservati prope postes

o) Pincerna praecedit praeconem, poculo plenissimo.

p) Perturbent pueri porcos prope percutiendo.

Propellant porcos pulchrae per pensa puellae
Pertractent parvos porcellos, pollice prono
Procumbent; pilos patientur pectine pecti.

Plaudite porcelli, pistorum plangite porci;
Pistores pascant porcos pastu palearum
Percussos partim pedibus per plurima probra,
Partim projectos petris pugnisque pedeque.

q) Pastores pascant porcellos prosperitate
Praecipua, peragrantes prata patentia passim.

Postridie, postquam porcelli pace potiti
Praesumpsere patres protervè pungere passim,
Praelia praedictae pugnae populis perhibentes:

p) Porcelli puellarum pollice perfricti procumbunt.

q) Porcorum praesaga pensiculatio pro profecto paranda.

Plurima porcorum pensans praesaga potestas
Proposuit, primo palmae praescribere pon-
dus
Pestiferae plebi porcellorum pedetentim,
Proposuit pedites pretio pro posse parare
Porcos praedones per pagos perque paludes
r) Pungentes pecudes proboscide: phama-
que passim
Perfertur, properatque pecus proclive, pro-
inde
Praeficitur pennae procurator peracutus:
Ponens pugnaces porcos pecudesque papyro,
Promittunt posito pede praefectis properare
Praescripto pugilum, pugnam praestare parati
s) Praecipuam, prout praecipiunt princeps
pugilesque.

r) Phama praelii.

s) Perfidia praefectorum pretium praeripien-
tium pugnantibus.

Porro proventus pretii plerisque parantur.
Praecurrunt proceres pretii plus percipientes»
Placant pollicitis, proh! paupellos peregrinos
Perfidiam patrant, proprioque penu potiores
Praestituunt praedas, proponunt postea plebi
Persolvendarum propinarum paraclesin.
Pugnaque protrahitur, porro porcus philo-
musus
Paedotriba pusillorum per parisienses
Promotus, pagi pastor, parochusque paludis
Paulum perdoctus pariter producere petrum
Pertractabatur. Proh! perdita pectora plena
Perfidiae pudeat perceptae praemia praedae
Plebi praeripere, peccato pernicioso
Peccatis, passim profusa pecunia prodet,
Prodet praedones: postquam pensent pere-
grini
Praemia pro pugna patrata, proque periclis.

s) Personuit parochus, pergens proponere plures
Perfidiae partes: porro princeps pugilesque
Pestiferum parochum proclamabant perimendum,
Pseudo-evangelicumque probabant, praecipitandum
Ponto: praeterea plus provenisse pericli
Persuasu parochi, plus ponderibus pavimenti
Portae praecelsae, plus pulveribus platearum
Protestabantur plectendum, poste patente
Ponendum prope prunas, particulisque perustis
Profundo puteo profundè praecipitandum.
u) Publicitus pugiles praedicta piacula patrant,
Plebsque putat pulchrum philomusum perdere porcum.

t) Propatulatio perfidia per Philomusum.
u) Poena Philomusi.

Proinde preces princeps proponit plebsque
parata
Promittit parere piis precibus : pugilesque
v) Partiri pergunt propinam, perficiuntque
Perfidiam, pauci prohibent peccata patrari
Pro placito pugilum, plecti plerique putantur
Propter perfidiam propalatam peregrinis.

Postquam porcelli praeceperunt peregrinos
Privari pretio, prolixè pensiculando
w) Publicitus propere procurant praemia
pugnae
Proponi porcis paganis persoluturus.
Prostat praeco potens, plures praecurrere
porci
Praetendunt, prohibetque pedo plus perci-
pientes.

v) Porcellorum percipientium persolutionis perfidiam.
w) Ponitur persolutio praesentissima.

Postquam pellecti pretio porci peregrini
x) Praesidium pugnae praebebant, praecipitare
Pugnam pergebant porci, porro properabant
Partim pinguiculi, partim putredine pleni
Provecti plaustris, partim pedites properabant.
Porro porcelli praeceperunt peregrinis
Plaustra penetrando porcos prosternere pingues
Producique palam pendendos poste potente.
y) Propterea pedites prudenter progredientes
Perturbaverunt, projeceruntque potenter
Plaustrum porcorum, praedaque potente potiti,
Praecipuos porcos protraxerunt plateatim:

x) Pingues porci provehuntur plaustris.
y) Praedatio porcellorum.

Porro, porcorum prospecto principe primo,
Praeco potens populo propinavit perimendum,
Plectendum poenis, pendendum poste patente.
Porro pauca petit princeps proferre, priusquam
Perficiat placitum praeconis plebs pileata,
Promittitque parum proponere : proin praefatur :
z) Parcite porcelli, proavorum prisca putamur
Progenies. Prisci potuerunt plura parentes
Praelia pro patria patrare, pericula plura
Pro populo perferre pio, pro plebe parati
Poenas pauperiemque pati, possunt pietatem
Publica phana parentum pyramidesque probare,

z) Precatio principis porcorum.

Promeriti pulchrè per praemia picta probantur:
Propterea pensate, precor, pensate periclum,
Parcite perdendo, pietatem perficientes.

Postquam perfecit princeps praedicta; parumper
Plorans percutiensque palam pectus peramoenum,
Profert parcendum ploranti praeco politus
Propter progeniem, propter pretiosa potentum
Patrum privilegia prognatumque profatur
aa) Progenie propria, princeps praecoque proinde
Pergunt pacifici populo prope prospiciente
Praelatos pariter, praelatis participari:
Partiri praedas, porro praemiscua plebes
Propterea profert: pereat praelatio prava.

aa) Paciscuntur princeps.

bb) Postquam parturiunt praeclara penaria praedas,

Perficiunt pacem pariter, patitur populusque,
Posteaquam patuit praerepta pecunia plebi,
Plangunt privatam procerum praecordia pacem,
Plectunt perjuros perjuria prava patrantes.
Propterea porci, porcelli, plebs, populusque
Posthac principibus prohibent, producere pugnam.

bb) Populi propositio potissima.

* * *

Personuit Placentius post poculæ:

Potentissimo, pientissimo, pru-
dentissimoque
Principi,
Patri purpurato, praesenti Pontifici,
Placentius
plurimum precatur prosperitatis.

Perge pater patriae! patriarum perfice pacem!
Promereare palam palmam, placidissime princeps.
Possessae pacis, primam perhibe pietatem
Priscorum patrum per prudentissima pacta.

Posteritas perget praeconia prōmere passim
Pontifici pretiosa pio plebecula: pubes
Primores patriae proclamabunt peranoenô
Plausu

Plausu pastorem pacis, pia pectora plaudent.
Phama peragrabit, peragrabit phama po-
lorum
Per penetralia, praeterea populosa propago,
Progenies patriae, patres, puerique pusilli
Protestabuntur priscis patribus potiorem
Pontificem pileo pretioso praedominantem.
Phama peragrabit, peragrabit phama paludes
Persarum, poterit phoenix proferre perennes
Pacis particulas per pontificale paratas
Praesidium, posthac penetrabit pax para-
disum.
Plebs peregrinorum, prospectâ pace per-
enni,
Pacati populi pactum pariforme probabit
Publica patronum pacis: privata parentem
Pectora: perpetuo plausu pariter perhibebunt.

Prudens pontificis pectus per plura probetur
Plectra poëtarum, plerique poëmata promant
Praecipuam plerique parentelae probitatem
Pertractent prosa, praestante poëmate prorsus
Praecellat princeps pacis, princeps pietatis.

Postremo pronunciavit:

Pensa pauperiem, princeps praeclare, poëtae.

Precatiuncula

P. Porcii Poëtae.

Parce, precor, pingui pagellae, parce pudendae
Pugnantium paroemiae.

Parce parum pulchrae picturataeque poësi
Praesente pictae poculo.

Phoebo postposito placuit profundere plura,
Praeceps poëmaque promere.

Postquam potaram, perlegi paucula puncta
Pingens proindeque potitans.

Perplacuit poto plusquam puerile poëma
Plerisque persuadentibus.

Produxique palam perscrutandum paradigma
Pleno probandum poculo.

Percusso pluteo puduit, pudui'que papyri,
Partique pudet poëmatis.

Porro potores partim prodire perurgent,
Partim precantur protinus,
Praesertimque potest patronus praecipiendo
Parvâ precatus paginâ,
Porcorum populus, porcellorumque precatur
Promiscue plebecula
Perfectam pugnam, perfecto ponere praelo
Propediem placentum.

28.

Rabo rabido resipiscentiam, rectamque regenerationem.
Rabe repentina rabie, rigidissime, rapte!
Romanos ritus resque relinque, rogo.
Rabe renate recens, ratione renascere recta.
Rejecta Romae religione, redi.

* * *

29.

Tum tuba terribili tonitru taratantara trusit.

30.

In obitum Turennii, Galliarum Mareschalli, quidam sequentes versus composuit.

Teutoniae teritur terror, Turennia terra,
Tormenti tonitru: Teuto tropaea tenet,
Thus triadi tribuens, tribuenti texta triumphi
Tradentique throno tempora tuta togae.
Talia transmittat trinunus tempora: toto
Terrarum tractu tollere tela tenens.

* * *

31.

Arma Christianorum
contra Turcas victricia,
circa festum victoris Archangeli,
MDCLXXXVII.
sub schemate literalis duelli
artificiose delineata.

Litera T cum C nuper certamen inivit,
Heus ait haec, judex! dic, utra sit melior?
Est C nobilior, quam T; sed T vice versa
Nobilior, quam C, judicis apta sonant
Verba. Sed ut mentem proferret clarius atque
Finiret lites, ille rogatus ait:
Signum infaustum C, si Turcica luna notatur,
Sed si vox Christus, litera fausta manet.

T crucis e contra faustus solet esse character,

Ater apex Turcae fata sed atra crepat.

C (Christus) bello crescit: T (Turca) labascit:

T (Crux laeta) ferit: C (cava luna) perit.

Hoc cum dixisset judex, en praelia miscent

Litera barbara T. Litera candida C.

Tota tremit tellus: timidi titubant trepidantque

Terrigenae, terebrante tono tormenta trucidant.

Tune times tonitru Turcae, tutissime Teuto,

Terrificum? tantos titulos tantosque triumphos

Totque thronos, trabeas tantas tantasque tiaras?

Teckeli tabificis te turbida turba tenebris
Torquet : trude truces ! tum teque tuosque tuebor,
Transylvania. Tune taces tolerando tremendo
Teque tegam tempestivè tectamque tenebo !
Tune tepes, turpis, torpes turris tripolisque
Tangite tranquillos, tragicos tentare tumultus !
Tartariae turmae trepidis torquere trecentis
Torminibus, tetricis temeraria terga tyrannis
Tradite : tyrones teneros truncate, tenete,
Tundite tigridibus tribuendos, tumque theatris
Tympana torta tenent : teretrum, tre trum tara, trum trum
Tum tuba turgida : tantara, tantara, tantararara

Teutonicae terrent turmae! tumulate talenta!
Tollite thecas! tollite tauros! tollite thura!
Tollite! tollite! tollite! tollite! tollite tela!

Litera candida C.

Circumcisa cohors crucifixum cur catapultis
Cinctum centuriis centenis cedere credis?
Cur chrysum curas, Christum contemnere cogis?
Cur cessant collegia? cur commercia cessant?
Crimina cur cumulas? crudelis corda cruore
Commaculas? corpus cur committendo cloacis
Collutulas coeno? culpa crescente crumenis
Custodis calamistra, crepundia culta, coronas
Cur cacodaemone, cur calidum comitare caminum
Contendis? conclamatum caveas cruciatum.

Cerbere, curre, canes cape, cunctos cinge
catenis!
Consterna, confringe caput, confige caducos,
Caede capistratos celeres celebresque caballos
Centauri, cupitisne corusca cacumina coeli?
Claudite castra! creatoris clementia clamat
Corde colens Christum celera! concurrite cives,
Cingite crabones caculasque capescite claudos,
Carnifices cholera claros, cerebroque carentes,
Confusos cocca caligine circumeuntes.
Cedite Caesareis, caesi! cohibete cachinnos!
Clade coacta cadit contusa caterva cyclopum
Capta ceres, capti currus, clypeique cibique
Colla camelorum centrum, cimelia capta.
Capta cubicula, capta cadavera, castra culinae
Constantinopolio cataphractis consiliisque
Confidens cito Christicolis concedite claves!

* * *

32.

Dn. Violio, episcopo parisiensi.

Vim vernae violae visu veneramur vtroque:
Virtutes varias vulgus vti violi.
Ventorum violas violat violentia; verum
Virtutem *Violi* ventus vbique vehet.

33.

Vive vigil, valeas venturam vt vivere vitam;
Vita velut ventus, vel velut vmbra volat.

34.

In puerperio defunctae.

Vis vicit validè vim vi vitare volentem:
Vitâ victa vacat, vivificare volens.

---

* * *

Ut eo minus pagellarum vacet, addimus et haec, post impressam jam sectionem primam reperta.

In Phil. Melanchthonem.

Parvus erat, sed *magnus* erat, sed *maximus*, *ingens*

Corpore, *doctrina*, *religione*, *fide*.

Ad Urbanum dictum.

Diceris *Urbanus*, sed non *urbanus* haberis,
Qui, ceu vacca, bibis, vel, suis instar, edis.

---

* *

Bayerische
Staatsbibliothek
München

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Seybold, David Christoph,

Lusus ingenii et verborum

Argentoratum 1792
P.o.lat. 1419
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10609152-3
VD18 14589648-001